

Perfab initio civilis discordia, propter novae superstitionis causam, Gusefaba, hoc est, rubra capita appellari consecraverat. Jovius lib. 23. hist.

VENTRIS ZONA.

Zona mulieres olim indubantur. Unde veterum dicuntur à potis. Virgines quidem tanquam propugnaculo, & tegmine pudoris utebantur: unde solvere zonam, pro eo quod est, virginitatem eripere. Matrone verò ceteri zonam solutam habebant à marito, tamen ut pudicitiam suam ceteris omnibus inaccessam ostenderent, zona non minus, quam virgines ornabantur.

PEDUM CALCEI.

VESTITUS INSOLITUS.

Vestitus mutatio si novitatis causa fiat, atque cultus, ad luxum in vestitu proprio pertinet, & ad inconstantiam: si fallendi causa, ut alius, quam sit esse videaris, ad Prudentiam tam castrensem, quam urbanam, sepe etiam ad calliditatem. Consule locos Stratagematum. Hic vestitus per se, ut Corporis tegumentum est, perpendimus: cui accedit, ut insolens sit.

QUI VESTITUM MUTARINT.

ANDRONICO Juniore imperante vestitus mutatio tanta fuit in aula Constantinopolitana, ut non Græcorum amplius contentus, sed Latinorum, Myriorum, Triballorum, Syrorum, Phœnicum colluviis esse videretur: prudentiorumque non operum omen vel mutandi, vel assidendi imperii inde conciperent. Gregoras l. 2. Quod si epilogismo utendum est, hoc ipsum & Germani Turcarum, & Helvetii Gallorum, & Hispanorum tyrannidem minetur, Deus optimus maximus assidue rogandus est.

LEUCIPPUS amore Daphnes infaniens, & muliebrem habitum induens, cum ea venatur. Sed cum ei per vim vestes exuerent, virginitatem sagittis confixus est. Parthenius de Amantibus, c. 15. Theodoro Eliate in eclog. Phylarch. l. 15.

PHOENICUS uxore vestem mariti gestabat, neque opus habebat vel croco, vel taratino, vel anabola, vel encyclo, vel peplo, vel tinctis coloratis tunicis. Elian. l. 7. de Var. Hist.

HYPSICRATES Mithridatis regis uxor, Persico, virili habitu induta, tonsis capillis, vitam à Cn. Pompejo Mithridatem per Hispanias gentes fugientem, animo pariter, & corpore infatigabili secuta est. Plut. in Mithridate.

ULYSSES simul acque pannos, in quibus mendicium apud procos egerat, exutus, magnificis vestibus ornatus esset, repente vilius est alius. Eras. in Adag. ex Plut.

CLAUDIUS Imperator Quendam peregrinitatis reum orta inter advocatos levi contentione, rogatumque, an palliatum dicere causam oporteret: quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum, prout accusaretur, defendereturque, iussit. Suet.

EUSEBIUS Samofatenus, Episcopus orthodoxus, à Valente Imp. Ariano in Thraciam relegatus, assumpto militari habitu circumiit Syriam, Phœniciam, & Palæstinam, Ecclesias confirmans, & Episcopos constituens. Tandem sub Gratiano Samofatam rediit. Sol. l. 3. c. 24.

CETHEGOS apud Rom. amictus diversus à ceteris distinguebat, quos Cinctuos vocat Horatius. Sive habitus, sive pallium ad cinctum redactum fuerit, constat eos exerto brachio procedere solitos. Lucanus.

exertique manus vesana Cetbegi. Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop.

Serranæ Romanorum familia gentilium fuit, feminas lineæ veste non uti. Plinius l. 10. c. 1.

CUR. CAUSA.

ERUDITIONIS. EUCLIDES Megaricus, cum Socraticæ disciplina cupidissimus esset, neque tamen auderet Athenas ire (ubi docebat Socrates) quod capitale foret, si quis Atheniensium Megaris, aut Megarensium Athenis, propter mutuum utriusque urbis odium, deprehenderetur: muliebri veste indutus ad audiendum philosophum sub ipsam noctem ibat, ac demum ipso auroræ diluculo revertebatur. Gell. l. 1. c. 16.

DICÆARCHUS apud Cælium testis est, Laetiam Man-

cinam, & Axiothem Phlasiam, Platone usas præceptore, ornatu virili auditiorum nonnunquam intrasse.

Explorandi.

Ex tin Explorare, Investigare, Inquirere visitatione occulta, huc pertinent exempla regum aliquot, dissimulato habitu vel regni sui explorantium. HIPPARINUS tyrannus veste, & lingua simulata, ab Achæo amasio, cujus pudicitia periculum simulata persona volebat facere, interceptus est. Parthenius in Erot. c. 24.

HERCULES monstrorum domitor, amorem vincere non potuit, sed puellari habitu Omphale reginz servavit, eisdemque jussu fufos, & lanas attrivit. Deianira apud Ovidium: Craffaque robusto deducis pollice fila, Equaque formosæ pensa rependis heræ.

Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia, & Lyda pensa diurna colo. Mollis, & divestitum cinxit mihi fascia pelius, Et manibus duris apta puella fui.

P. CLODIUS inimicus Ciceronis, ut omnibus vitis involutus, ita quoque mæchus notissimus fuit. Ille ut suo furor, atque libidini satisficeret, indutus vestimentis muliebribus, factis Bonæ deæ interitus: & Pompejam, Q. Pompeii filiam, Syllæ nepem, & Cæsaris uxorem, corripuit. Testis est oratio Ciceronis pro Milone, & Alconius Pedianus.

THEODORA Virgo Antiochena, & martyre, in patria sub Diocletiano ad lupanar ducta, cum milite quodam pio, qui prius ad stuprum putabatur ingressus, amictum mutavit: ille pro virgine remanuit, illa pro milite discessit. Cumque alter item ad stuprum ingressus virum pro virgine invenisset, credita magis hoc carminibus facere, capite miles damnatur. At tum illa accurrens, sese ostendit, ut illum servaret. Uterque igitur casus. Ambrosius l. 2. de Virg.

Luxus.

Assyriorum rex Sardanapalus è illecebrarum se demisit, ut abjecta imperii maiestate, positis masculini sexus indumentis, mentitus sit foeminam, interque puellas, & eunuchos evirator spadone deliravit. Quæ fuit causa, ut ab Arbacæ præfecto lasciviam nam corruptam peroso, ad incendium domus (in quam victus se receperat) & voluntariam mortem sic coactus. G. Diod. Sic.

CLISTHENES malè audit, & poetarum laceratus est fatyris, quod parum viri haberet, seque cultu indecoro in feminam transfiguraret. Unde adagia nata, Clisthene video, & Clisthene intemperantior. Eadem nota invidit Cleocroti, quod ad majorem lasciviam tunicis, & vestibus foeminam mentiretur. Erasms.

DINOCRATES Messenius in convivio temulentus, muliebri habitu choreas dixisse scribitur. Volat. l. 15. Anthrop.

ALEXANDER Macedo deivitis Parthis vestem barbaricam sumpsit. Incertum, ut accommodaret se incolorum moribus, multum existimans valitutum ad manus faciendos homines, si consuetudinem, & patrios mores eorum usurparet, ac tentare hæc re Macedonas, atque ad orandum se traduceret morumque patriorum ferre conversationem, & transitum in alios, voluit assuefacere. Habitum Medium tamen, quod prorsus barbaricus esset, & alienus repudiavit. Sed medium inter Persicum, & Medium scire temperavit. Plut. in Alexand.

Spei aculorum.

BERENICE (quam Græci Pherenicem appellant) filia, mater, & soror Olympionicarum, ut ait Plinius, habitu virili ludis interfuit. Pauf. in Eliacis Elian. de V. Hist. & Val. Lulus.

ANTIOCHUS HIERAX, Syriæ rex, cum de regno cum fratre Seleuco contenderet, atque cum à Gallogræcis prælio victum, casumque fuisse accepisset, plus fraterno amore, quam bello, quod cum fratre gerebat, motus, abjecta purpura, atram inter lacrymas sumpsit vestem. Nec multo post, cum rescivisset saluum se de ejus morte nunciatum accepisse, pro ejus salute in universo regno sacra fieri, & diis immortalibus gratias agi, festoque ludos fieri iussit. Plut. in Reg. aephe.

faci.

M. ANTONIUS Triumvir veste famuli (cum fama esset, Cæsarem in Hispania esse mortuum) noctu ad Fulviam uxorem

rem venit, dixitque se à M. Antonio tabellarium missum esse. Illa rogat, an valerent Antonius? Ipse nihil. Cumque epistolam legeret (erat enim scripta amatoris) protinus in collum ejus præ amoris impotentia invasit. Cic. in Philip.

Religionis.

EUPHROSINA apud Alexandriam virgo nobilis, nuptias fugiens, in quoddam cœnobium, ubi pater debebat, aufugit, ignota habitu virili, in quo sub nomine Smaragdi perseveravit usque ad extremum, annos videlicet xxxvi. & in morte patri fecit manifestavit. Volat. lib. 15. Anthrop.

PELAGIA Antiochena meretrix nulli rei attentius vacans, quam corpori comendo: tandem meliore ducta spiritu, ubi aspernari cepit, quod pridem amabat maxime, virum se finxit. Et ne redivivis aliquis pristina vanitatis fomes denuò repullularet, relicto hominum colloquio, secessit in solitarias Nemorum latebras, ubi ad mortem perseveravit constantissime. Marullus.

EUGENIA filia quædam Philippi, inter Romanos potentissimi, virum mentita est in cœnobio, quo se inclusit, ut Domino commodius serviret. Marull. l. c. 7.

MARINA virgo, natione Græca, sexum dissimulavit, ut admittetur in cœnobium quoddam, in quo soli viri recipiebantur, ubi ad mortem usque sanctissime virum nomine Marini. Volat. l. 17.

In Attide viri ornati muliebri, mulieres verò virili, Vestitorem divinam faciebant. Alex. l. 2. c. 8.

Apud Coos sacerdos muliebri veste amictus, & mitra capur ornatus, Herculi sacrum faciebat. Item.

Narvalis juxta Suevos præfidebat pontifex, qui muliebri ornatu semper ingrediebatur. Alex. ab Alex. l. 2. c. 8.

In expeditione contra Syros suscepta, Achab Israelitarum, & Jofaphat Judæorum regis habitum mutarunt. Metuebatur enim Achab Micheæ prophete vaticinium, & sciebat, Syros sibi infensissimos esse, eaque propter Jofaphat potius, quam sibi periculum imminere volebat. Cæterum cum Jofaphat, tanquam Achab urgeret Syri (Achab enim privati habitum sumptor) ex elamore errorum suum agnoscentes, eum persequi desisterunt. Achab sagitta fortuito ictus occubuit. Reg. 22.

Græcis ad Trojam proficiscentibus, cum Thebis prævide-ret, Achillem filium Iudith interfecit, cum ex antro Chironis dormientem rapuit, & puellaribus tunicis indutum, præmoniumque, ne se masculinum curium proderet, inter filias Lycomedes regis occultit. Quarum unam Deidamiam gravidam fecit, Pyrrhumque, Trojan sine Achille capi non posse: missus est Ulysses, ut Græcorum omnium astutissimus, ad explorandam rei veritatem: quoniam jam facti suspicio, & rumor ferebatur. Ur ergo proderet Achillem mercatores habitu, fufos, acus, monilia, & cætera id genus, quæ puellarum decet, cum arcu, & sagittis in gynæceum intravit. Ibi tum Achilles puellaribus instrumentis contemptis, arrepto arcu vires suas, & sexum prodidit. Statius l. 4. Ovid. lib. de Arte.

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles, Veste virum longa dissimulatus erat. THEOPOMPUS rex Spartanorum captus, & permutato cum uxore habitu, ex custodia venit ut mulier. Quintil. lib. 2. Infit.

PARISADES rex Ponti, aliam vestem habere solebat, cum militum inspectionem faceret: aliam, cum periculum adversus hostes subiret: in alia, si quando fugam tempus postularret, fugiebat. Nam ordines instruens, ab omnibus cognoscit: periclitans, nemini hostium notus esse: fugiens autem, neque suos, neque hostes, circe, quis esset, voluit. Polyæn. l. 7.

Fridericus Barbarossa Imperator ex Italia fugit in Burgundiam, equifonis habitu, ne agnosceretur ab hostibus. Hædio in Chron. Germ.

Salutis aliene.

TEPOLEMO ad Trojam occiso, uxor Polyocho mortem mariti in Helena ullere ausivisset, cum Menelao ad Rhodum appellere ausivisset, cum Rhodiis universis viris, & mulieribus ferentibus ignem, & lapides, ad naves impetum fecit. At cum Menelao ob ventorum asperitatem Helenam in cavam quecum abfcondisset, ornamentis verò ejus, & diademate Famulam omnium formosissimam exornasset: illi credentes Helenam esse, lapidibus, & igni eam

injeceris interficiunt, & re quasi bene confecta domum redeunt. Polyæn. l. 1.

Mortis propria.

Rex Atheniensium Codrus, cum ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata ferro, ignique vastaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit: perque legatos sciscitatus est, quoniam illud tam grave bellum discuti possit? Respondit Deus: ita illi finem fore, si ipse hostili manu occidisset. Quod quidem non solum totis Atheniensium castris, sed etiam contrariis precebat, eoque factum est, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id postquam cognovit, depositis insignibus imperii, familiarum cultum induit, ac palantium hostium globo sese obijcit, unumque ex his falce percussit, in eadem suam compulsi. Cujus interitu, ne Athenæ occiderent, effectum est. Val. lib. 5. cap. 6.

Insidiandi aliis.

ULYSSES post eversivonem Trojæ, cæteris Græcis patriam repetentibus, post longos errores tandem in Ithacam, ab Alcinoo rege Phæacum nave donata, veniens, mendici habitu domum suam ingressus, à nemine cognitus est. Homerus in Odyssea.

Cephalenæ regnum gessit filius Pronæsi, homo summæ inclementiæ, qui non ultra duo festa suis concessit, neque plus decem in mense diebus in urbe convivium agitare, omnemque virgines ante nubentium ipse cognovit. Eum Antenor, atrepro ense, muliebribus vestimentis amictus, in lecto trucidavit. Quem ob eam causam populus summis honoribus omavit, atque ducem elegit: & puella, cujus nomine ipse fuerat ingressus, ad magnam gloriam, dignitatemque pervenit. Heracleides in Politis.

ATMENODORUS Augusti Cæsaris amicus, cum ad monere ipsum vellet, ut ab insidiatoribus sibi caveret, muliebri ornatum in cubiculo Cæsaris, in lectica pro muliere veatus est. Cum ad eum Cæsar accessisset, tenens pugionem Athenodorus in manu, de lectica profiliit, atque Cæsarem in hæc verba increpavit: Annon times Cæsar, ne te aliquis eodem modo ingressus interficiat? Cui Augustus non tantum non iratus fuit, sed ingentes gratias etiam egit. Dian. in Augusto.

Semiramis Assyriorum regina, cum certò intelligeret, grave esse populo foeminam pati principatum, mortuo marito virum mentita est: ut tantisper imperator, dum filius Nirus adoleveret, regnoque fereat idoneus. Justin. l. 1. Diod. l. 3. Sab. l. 1. Ennead. 1.

VESTIMENTORUM USUS NULLUS.

IN GÈNÈRE, QUI

NUDI DEGUNT.

Balæares insulæ duæ contra Hispaniam parum inter se distantes, quas Græci ab eo, quod estate ibi intolè nudis agerent corporibus, Gymnetias appellarunt. Sunt & Balæares dictæ: Dubium à telli missu, quia fundæ usus apud eos esse frequens, & ut quidam tradunt, ipsius etiam gentis inventum: an à Balco Herculis comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonem navigaret. Sab. l. 1. Ennead. 6.

Javæ insulæ Indorum incolæ nullum integumentum in capite gerunt. Indignum enim hominis præstantia censent, hominis principatum, quem in capite constitutum, aliquo velamento quasi rem probrosam tegere. Oforius.

Gymnites Ethiopizæ populi nudi degunt. Britannis reliqua parte corporis nudi, ventrem, & cervicem ferro cingebant. Alex. l. 5. c. 10.

HERCULEM Alcmenæ filium Nemeæ leonis amictum exuviis, cætera nudum egisse, vetus Græcia fabulata est. Italia quoque Græcos imitata, id unum regum genus illi assignat: nec (ut videre est) in uno Hercule figurando id faciunt, sed in cæteris quoque heroibus. At Nesi tunicæ, quæ ille consumptus est, & Homeri carmen deus, qui ad Trojam militavit, receptæ opinionis fidem elevat. Sabell. lib. 2. r. 8. Exemplorum.

De Brasiliensibus diximus Tit. de Usu supra.

* VESTES EPULARES, SIVE

COENATORIÆ.

Veterum consuetudo erat, ut ad convivia accessuri vestibus quibusdam peculiaribus uterentur, iisque splendidioribus, quas vel domi haberent ipsi, vel foris acciperent ab amicis. A Græcis vocabantur ενδύματα δεσπυρια, & εσώτα δεσπυρια, à Latinis accubatoriz, & cenatoriz.

toriz. Immo & Triclinares, ac Syntheses. *Martialis lib. 10.*

Pugnorum reus, ebriusque notis, Censoria militis advocato.

Etiticium.

Unde tua una surrexit Zoile equa,

Et mutata tibi est synthesi undecies.

Maximinius ab Alexandro ad cenam vocatus, ipsius Alexandri, cum propriam non haberet, cenatoriam accepit. *Cepitrol. in vita Maximini.*

Has quoque vestes Recidipna appellabant, vox nota. *Fauen.*

Rusticus ille tuus sumit recidipna, Quirine.

Componitur ex veteri Recinio, quod vestem quadratam. *Varron.* significat, *deprovi* autem cenam denotat.

Etiam scriptura nemini, Judith viduam ad convivium Holofernis invitatum se ornatse mundo muliebri. *Judith. capite 12.*

In decem Augusti, Deorum, & Dearum habitu convivae duodecim accubuisse leguntur, quae idcirco ad *Suetonio* *ad aduersos* appellata est.

B Accumbebant autem vestibus albi coloris etiam Judaei. Immo nefas fuisse apud quosdam gentes, nigras in convivium deferre, videtur *Philo de vita Theoretica.*

Scribit *Aelius Spartianus*, Hadrianum nuper cavisse, ne fenatores, & equites Romani, alia veste, quam toga in publico uterentur, nisi à cena redirens, tunc enim cenatoris indullebat.

Cujus autem formae hae vestimenta fuerint, non constat. Aliquando Recidipna, aliquando togas, pallia, lenas inter illa numerabant. De Recidipnis supra adduximus testimonium *Juvenalis*, *Pallii Martialis* meministi.

Ad cenam venies, sed se divisa recumbes.

Ut non tangantur pallia nostra tuis.

Lanarum usum *Perfius* tangit *Sat. 1.* cum de convivio agens, ita ait:

Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina lena est.

Erant autem lena à lana crassitie dicta *Varroni*, vestis villorum densitate calefaciens, quam *Chrysostomus* Graeci *ἀπὸ τῆς λανίας*, à tepefaciendo vocabant.

* VESTIUM ABUSUS.

ATQUE IS VARIIS EX CAUSIS.

Primum

RATIONE MATERIÆ.

Vetita fuit Judais vestis, quae ex lana, linoque contexta erat. *Deut. 22. 11. Levit. 19. 19.* Intellegit de populo, & veste domestica, siue communi, nam Pontificis vestes erant variegatae, & ex variis contexta. Ideoque ne ipsi vestirentur ut Pontifex, *Innuit Josephus*, hoc populo, & laicis interdicebatur. Interpretatur autem tropologicè hoc præceptum *Radhulphus*, quod lana utpote crassior, significet ea, quae foris apparent: linum, quod subtilius est, malitiam occultam. Juxta illum ergo vestem ex lana, linoque induunt, qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.

* FORMÆ.

UBI DE VESTIBUS PEREGRINIS,

EXTERNIS, NOVIS.

D Dandorum vestes erant olim undique confutæ, sic ut eas induentes injecto desuper per caput capio. *Leprosi* autem mandatur, ut distutas haberent. *Levit. 13. 12.*

Ceterum externum habitum vestimentorum plerique ambunt, & tunc demum se rem suam probe egisse arbitrantur, si in publicum prodeant amictu inusitato, & quem ab exteris desumpserint. Quocirca attendens *Ludovicus Germaniæ Rex*, quantus hac in re abusus committeretur, externos habitus edicto prohibuit. *Ex Annal. Bojorum 14.*

Tradit *Enemundus Bonifidius* *1. 1. Juris orientis*. Joannem Ducam Imperatorem Orientis decreto sanxisse, ne quis subditorum uteretur vestibus *Affyris*, *Babylonicis*, *Italicis*, variis artificis confectis: fericis: nisi is quisvis esset, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia velle, sed his contenti essent, quas Constantiopolitaneæ novae Romæ provincia, ac manus præberent. *1. 1. Juris orientalis.*

Videtur & *Deus* super usum peregrinarum vestium ad iram provocatus, dum ad *Sophoniam* ait: Et visitabo super Principes, & super filios Regis, & super omnes, qui indui sunt veste peregrina. *Sophon. cap. 1.*

Rectè itaque *Thalmodista* in suis vanissimis phantasis nonnumquam vera admittentes, *Israelitas*, in illa diuturna, & Etrusci fertive *Aegyptiaca*, tria tradunt constanter retinuisse, linguam *Hebraicam*, puritatem Religionis, suæ gentis vestium, & habitum.

Prudenter ergo, consideratæque *Helvetii*, ut linguæ antiquæ, ita morum, & habitus retinentissimi, nuper fanciverunt, ut qui avitum habitum vestimentorum mutari, peregrinumque assumptum, aut deponeret, aut à publicis honoribus, munilibus, & Magistratibus excluderetur, & exors fieret.

Augustus cum videret Romanos peregrino vestitu delectari, sentiens quantum in ea re mali inceset, longa oratione cives objurgavit: & ad eam rem revocavit, illum etiam *Virgili* verficulum citans.

Romanorum domos, gentemque rogantem.

Videtur locus de Affectatione.

* MUTATIONIS. INNOVATIONIS.

QUAM EA NOXIA REIPUBLICÆ.

Exempla habemus ex historiis, ac primum in *Dario*, teste *Q. Curt.* Hic cum in principio Imperii sui, acinacem *Perficum* jussisset mutari in cam formam, qua *Graci* utebantur, protinus tunc *Chaldaeos* interpretabat, imperium *Perficum* ad eos transferentium, quorum formam armorum assumptissent.

Eodem modo, postquam *Alexander Magnus*, victo *Dario*, *Perficum* diademata, *Perfica* arma, & vestium assumptisset, ita mores unâ cum illis mutavit, ut superbia, & animi insolentiam, ac mollitiem cum his induisset, & patriam disciplinam veluti exuisse videretur, unde milites suos veteranos, & amicos, sibi ita exosos reddidit, ut tanquam exterum averterentur, & tandem veneno tollerent, licet à nonnullis historicis crapulae continuatae adscribat interitus ejus præmaturus.

ANDRONICO juniore imperante, *Constantinopoli* in aula (ut fama est) tanta fuit vestitus mutatio, ut non *Gracorum* amplius, sed *Latinorum*, *Myriorum*, *Tryballorum*, *Syrorum*, *Phenicorum* colluvies esse videretur, mox prudentiores non obscurum omen vel mutandi, vel assilgendi Imperii, inde acceperunt, ut testatur *Gregoras*.

PAUSANIAS, qui valde à virtute bellica commendatur, & cuius virtus præcipue spectata est in bello *Græcorum* contra *Xerxem*, paulo post penè naturam exiit. Ostendit hoc primum mutato habitu patrio, & assumpto cultu *Perfico*: qui in primis in eo reprehenditur: & scribitur mutationis initium fuisse à mutatione habitus. Ea re non tantum odium exterorum *Græcorum* incurrit: sed & in suspitiones apud suos cives fementisum adduxit graves. Postea accesserunt alia, quæ suspitiones auxerunt.

* PRIVATORUM EXISTIMATIONI

DEROGAT.

Mutatio frequens *Habitus*, mutationis morum, & animorum argumentum est apud plerisque, pro ut superiora exempla declarant, & ita sanè multarum gentium mores unâ cum habitu mutari, & depravari etiam hodie videmus, multum quippe ad æstimationem augendam honestas habitus facit, coque boni oblectantur. Jussit aliquando *Turcarum Imperator* omnium gentium habitum vivis coloribus per *Germanum* ejus artis peritum exprimi, eumque in plurimarum gentium indumenta pinxisset, tandem nudum hominem, & juxta eum diversas vestium exuvias, inter alios constituit: jussitque à principe interpretari picturam dixit: Nudus ille *Germanum* populum denotat; cui quod indices novam excogetit, certa vestium forma appingi non potuit. Dolendum certe, eam nationem, quæ gravitatis laudem sibi vindicat, hac in parte *Gallaicæ* levitatis imitulum: *Petrus Lotichius Secundus*, & ipse *Germanus*, *Poeta* hujus ævi celebratissimus, ita in suæ Gentis milites ludebat. *Pudor* deorum, opprobriumque sæculi, Vestis, læque militaris ordinis: Qui percitis favore mentis ebria, Licentiaque proditorum temporum. Abominandis involuti vestibus. Fas omne rumpant, eruant Republicam. Lib. 2. *Carv. Ex Richter* in *Axiom. Polit. Beyerlinck* in *Apoph. Christ.*

ALEXANDER Magnus cum in *Parthiam* castra movisset, inique

A ibique primum *Barbaricam* vestem audivisset, *Macedones* à summa molestia affecti sunt. Et hinc factum est, ut *Ephestionem* novum habitum commendarent, eoque itidem uterentur, quædam *Alexandria*, id est, amicum *Alexandri*, Craterum autem, qui patria vestimenta retinere maluit, *Protharada*, id est, amicam *Regis* appellare *Alexander. Curt. 1. 6.*

Apud *Virgilium* cum mollitiem obicit *Trojanis Turnus*, à veste conjuratum facit. Ait enim. Et tunica manicis, et habent redimicula mitra. *Lacedæmonii* hospitem *Milesum* cum aliis deliciis affluentem, tum in vestitu sumptuosorem, quam pro *Spartana* confueverunt, jussurunt civitatem excedere, ac domi *Milefia* exereere.

CAROLUS, qui fuit pater *Alberti Neapolitanorum Regis*, cultu adeo brevi, subducoque uti solebat, ut vix pendenda, natesque contegeret, indeque spectantibus moveret risum, cum aliquo magnis virtutibus esset admirabilis. *Jov. in elog.*

EBERHARDUS *Barbatus Sueviæ Princeps*, æternam apud posteros sui memoriam reliquit. Venere ad eum juvenis, postulant sibi confecti *Sacerdotum*, quod per mortem possessoris vacabat. Fortè huic ventus talarem vestem aperuit, ita ut *Princeps* videret caligas militari more scissas. Qui illico, ut erat morum, & disciplina acerrimus cultos, ira commotus, eum è conspectu suo abire jussit, dicens: Nottæ pudent coram *Princepe* comparere scurrili habitu, coque *Sacerdotum* ambire? O censuram dignam laude! *Richter* supra *Beyerlinck ibid.*

Haud alia mente *Dux* quidam alius, *Nobilem* domi alebat, cui unum in votis, habitu indecoro, & (ut est in Proverbio) pellena tunica induti, eumque id molestiis referre, veste magis decenti congrua uretur, monuit, ille. Nunquid, inquit, id ex arbitratu meo pendet, quomodo induar? Omnino, respondet *Dux*, sed hoc etiam ex meo arbitratu pendet, ut sic indutur aula meo eiicam, quod & fecit postmodum. *Phil. Camer.* in *Declam. Beyerlinck ibid.*

Videtur *Consiliarius Anonymus* suum Principem ad modum peregrinam, & obsoleta vestimentorum forma oblectari, necesse propius, causam inquit, ille, *Parim*, inquit, hoc referre quam fit meatum vestium forma, cui prudenter subjecit aliam: Immo multum id referet. Vestis enim indicat, *Princeps* esse talem viram, qui *consiliarius* suis obtemperare nolit. *Greg. Richter* supra.

* NONNUMQUAM TAMEN OBTINET, QUOD

Vulgo dicitur: Vestis facit virum.

Quantum momenti cultus vestium adferat, ad conciliandam homini formam, dignitateque, satis indicat *Homerus Odyss.* 7. cum *Nauticam* puellam ita de *Ulyssiloquentem* facit:

ἄρδρον μυτὸν γὰρ διὸ ποτὶ ἀειδίνας δόκωσ' ἴσασ,

Ναὺς δ' ὁμοίαν ἔσασ, τοῖς ὄμοιόν ἐσ' ἴσασ. id est,

Nunc videbatur specie sèdisimilis esse,

Nunc divinis similis, magnus quos possit Olympus.

Nam antè nudus, jam vestes nitidas induerat *Ulysses*, ac protinus alius esse visus est. *Erasm. in Adagii.*

Erant in *Francia* finibus *Homo ignobilis*, & sordidus, qui ut honorem passim aucuparetur, splendida veste, non secus, ac nimia in purpura, prodit. Salutatur ab ignotis, & reputatur nobilis: rogantibus autem amicus, cur habitu, suæ conditionis oblitus, tam splendide uteretur. Non videtis, inquit, hoc ævo, quod vestis faciat virum? & statim vulgatum hoc distichon subjecit:

D Vir bene vestitus in vestibus ipse profertur, *Credidit* à mille, quavis idiota sit ille. *Richter* supra.

Confiteatur illud ipsum suo exemplo *Hermanus Buchsius* vir celebratissimus. Qui dum domestico vestitus habitu ad forum *Marpurgense* descendisset, neminem sibi affurgentem honos; domum reversus, togam prostratum sumptit, forumque vestigiò repetit: & ecce venientes affurgunt omnes, honorum signa exhibent, & locum. Ille vero nihil talia moratus, se domum recipit, & togam pedibus conculcat: dicens: Estu *Buchsius*, vel ego? *Tibine* honoris ille deseruit, an mihi? Indignabatur, & metio, quod proprosero judicio, homines non viro, sed vestis honorem delerent: *Alutorum* instar, qui equum empturi, non ipsum, sed frænam, & phalaeras intuentur. *Ex Phil. Camer. Beyerlinck supra.*

Simile est, quod refert *Stapleton*, in *Prompt. Dominicali Dom. 2. adveniens*. Moris est, inquit, *Londoni*, ut primarii cives,

maximè decurionum officio defuncti, diebus certis celebrioribus apud *Prætores* urbis prandeat, etiam non invitati. *E* Venit hic bonus *Civis* ad prætoris domum hora prandii, honestè sed mediojociter indutus. Repellitur à *Janitore*, ut eo eectu indignus, ille causam erroris agnoscat, domum redit, & nobiliori veste se confestum induit. Hac indutus accedens intronmittitur, accumbit, prandit. Prandio finito, cum de more singuli *Prætori* gratias agerent, ille togam exuam mensè imponit, & magna reverentia togæ suæ de hoc prandio gratias agit. Quod factum ceteris in viro tam gravimirantibus, causam cum disisset, communis erroris, & opinionis vanitatem singuli agnoscebant.

Serius ille, ioculosus, & factus. Quidam alius, cuius adhuc recens memoria *Antuerpiæ*. Vocandus erat ad nuptias cognatae: at obibat incultus incomptusque habitus, quo indices magno familiarè genericè incommo, & deore induebatur: Audit: & extemplo nova sibi indumenta coapat, nisiq; confectus in amicorum conspectum prodit. Hi tati veste ornatam ut nuptiali epulo interfit, rogant, venit. At ubi nuptiis, & benedictionibus, multa pinguedine perungit, dicens: Nunquid enim hac indumenta fagine me oportet, *F* quorum gratia huc vocatus ego sum, alias non vocandus: Indulgetis ergo vos genio cum domino vestro: ne alias vobis deficietibus, ille eo non indulgetis. *Beyerlinck supra.*

* COMMUTATIONIS QUOAD SEXUM.

Putat cum mulier veste virili, aut è contra muliebri vir utitur, Quantum id liceat, vel non liceat?

Dei præceptum est *Deut. 22. vers. 5*. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea. Tum quia hoc per se indecens est, ut scilicet vir veste mentiatur se femina, aut femina veste mentiatur se virum: tum ne oculis libidinibus, & aliis vitiis locus detur: Optima enim pudicitia custodia, est vestitus honestas, nam ut ait *Poeta*:

Quem præstare potest mulier galcata pudorem,

Quæ fugit à sexu?

Et Herodotus: Mulier, ait, cum veste simul etiam pudorem exiit. *Vide Raban.* Unde sequitur: Abominabilis enim apud *Deum* est, qui facit hæc. Quare videtur peccasse mortaliter *Judæus*, utens veste feminea, & *Judæa*, utens veste virili. *G*

Unde videtur hoc præceptum partim esse naturale, partim caeremoniale, etiam abolitum, quatenus scilicet obligabat sub peccato mortali. Jam enim non esse peccatum mortale, si vir aut femina vestes sexus commutent ex levitate, si absque scandalum, & intento, periculumque libidinis, docent *D. Th. Cojetan.* & *ex iis Navar. Encicir. cap. 23. n. 22.*

Posset tamen dari casus honestatis, necessitatis, aut quis alius, quo non modo reprehensione careret istiusmodi commutatio, sed & laudem mereretur.

Sic legimus de potentissimi regis *Mithridatis* *Uxore*, & aliis fortissimæ mentis feminis, quarum superiori titulo de vestitu insolito facta est mentio, quod virilem sexum cum habitu mentis fuerint. Quibus adiciere libet *Eugenium Philippi Alexandriæ Præfetti* filium, quæ *Imperator Commodus* regnante, persecutionis, & periculi fuga *Heliopolim* concessit, duobus eunuchis comitata, ibique virili habitu, & animo *Monasterium* ingresa tantum inter viros profecit, ut animi omnium consensu *Abbas* cligeretur. Verum illa, excusata *Prelatura*, cum postea adulterii apud *Præfæctum Alexandrinum* patrem reïgnarum, tanquam masculus *Monachus* delata, innocentiam suam muliebri corpore, publico in iudicio ostentasset, parentes, fratres, totaque familiam ad fidem *Christianam* converterit.

Femina quidam *Perlicæ*, ut refert *Jovius* in sua *historia*, militari veste induta, maritos in prælio *Camponis*, *Regis Persarum*, contra *Selimum Turcicum* *Imperatorem* fecutus, occubere, & ita caesa reperta sunt.

Addam & aliud de nostratibus ex *Niceta historico*: Quo tempore (videlicet anno 1147.) *Alamanni* cum *Gallis*, *Conrado Imperatore* duce, ad acquirendam *Palæstinam*, & *Hierosolymam*, magnis copiis in *Syriam* profecti sunt, fuerunt mulieres *Germanicæ* virorum instar equitantes, martio vultu, & habitu, *Amazonica* profus audacia, quarum illustissima, & altera profus *Penthesilea*, ob fimbrias, & similitum vestium auro intertextarum splendorem auripes vocabatur.

Nec reticendum *femina Metensis* equestris loco genitæ exemplum, quæ maritum suum *Alexandrum à Machimete* captum,

captem, & ad aratrum condemnatum habitu, & forma Mo- nachi mare transfretans, arte sua liberavit. Pœminæ Gallicæ Fani Requirerii cum a Cæsarianis duce Domitio Durante bello illo diuturno, inter Carolum V. Cæsarem, & Franciscum I. Regem Galliarum, acriter illud oppidum oppugnaretur, & parum abesset, quin ab hoste occiperetur, patriam suis armis servarunt. Ita enim de iis scribit Arnol. Ferronus: At Mulieres ipsæ, pice, aequique calidis, & ferventibus admotis, menia scandentes viris admixtæ, ita virorum officio functæ sunt, ut re infecta, multis cæsis redire coacti sint. Sed etiam à mulieribus virili habitu dimicantibus, extorta hosti duo vexilla.

Nobilis quoque illa Virgo Senensis in obsidione diuturna patriæ suæ, oppugnante eam Marchione Marignano Præfecto militum Cosmi Ducis Florentini, cum ejus frater esset morbo impeditus, quo minus ad lustrationem, & defensionem urbis compareret: sique gravi poena accessit esset, clam sumptu ejus vestitu, & armis, fraterno nomine, comparuit, vigilias subijt, & reliqua exercitia militaria, mentis sexum, viriliter administravit, & gessit, donec frater ejus convalesceret, & in locum fororis succederet. Quamobrem illa, magno cum honore, & gratulatione omnium, domum reducta fuit.

Plura vide in loco de Mulieribus. Item hoc eodem loco, Titulo Vestis insolens.

LUXUS VESTIUM.

Vide pleraque in loco de LUXU. Primum

QUOAD MULTITUDINEM.

Vestimentorum superfluitatem, & inutilem multitudinem, quæ ad pompam potius, quam vel ad usum, vel ad necessitatem faciat, Salvator nosse non semel redarguit, quando vetuit Apollolis, quos in vineam suam mittebat operarios; ne duas tunicas sibi compararent ad induendum. *Matth. 10. & Marci 6.* Immo suadet haberi duas tunicas, alteram earum dare non habenti, apud Lucam. Quibus tamen verbis non censendus est prohibuisse indui duas tunicas, sive vestibus, si vel necessitas, vel frigus, aut honestas id requiratur: etiam ipse Christus duabus simul tunicis indutus fuisse scribitur à *Joan. 1. 19.* Sed vetuit simul duas, vel plures habere tunicas, quam in præ-

sentem necessitatem requirunt, ut solent homines opulentiores in quævis eventum habere parata vestimenta, & ad usum tam præsentem quam futurum, immo & imaginarium quandoque, ut *Hier.* hoc loco, & *Aug. lib. 2. de conf. Evangelist.* interpretari videtur. Ad hæc noluit Christus de vestium pluralitate sollicitos esse Apollolis, ut magis suam erga illos providentiam declararet, quodque nihil eis esset defuturum.

Quamvis gravem reprehensionem mereatur immoderatus luxus, qui circa vestium abundantiam, & superfluitatem, etiam à tenuioris fortunæ hominibus committitur, ut quos tantæ eorum sollicitudo tenet, ut omnem cogitationem magno subinde rei familiaris dispendio deligant in hanc curam, ut mutatoris, & novis vestibus in publicum prodeant, opinionem earum ratione apud vulgus de se accipientes, cum prudentiores potius ex hinc fortis angustioris indicia fumant, ut quæ non patitur ea dispendia in res superfluas. Et hoc est, quod tanto verborum pondere redarguit divites B. Jacobus, quod nempè tantam haberent vestimentorum multitudinem, ut à tincis comederentur, cum potius Christi membris contegendis possent, & deberent impendi.

Ceterum Principibus magis illustribus usitatum non modo mutatoris abundare, sed nonnunquam eadem domesticis, & familiaribus dispendere. Quomodo etiam Nazam Syrus, Princeps militis, tulit decem mutatoria vestimentorum 40. Reg. 1. 22. ut eadem loco honorarii, aut mercedis, Helizæ quæ lepra curanti donaret.

QUOAD MOLLICIEM, CURAM, ET CULTUM SUPERFLUUM.

Pro hujus rei confirmatione Isaiam Prophetam adducimus, inter reliqua peccata Jerusalem etiam hoc enumerando *c. 54.* Et ornati, inquit, te regio unguento, & multiplicasti pigmenta tua, & c. s. In die illa auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & persicelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, paliola, & linteamina, & acus, & specula, & findones, & vitas, & theriftra. Observandum hic, quam

studiosè Prophetæ totam illam curiositatis muliebris farraginem, ad majorem ejus infamiam, & turpitudinem ostendendam enumerat: docens singula apud Deum numerata esse, & ab eo singula auferenda, ut quæ cum gravior essent. Hujus generis luxum & D. Petrus difertè prohibet, de mulieribus dicens, Quartum non sit extrinsecus callidura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus 1. *Petr. 3.* Nempè Christo hunc luxum prohiberi, & sobrietatem in hoc genere commendari, non fecus quam in cibo & optime intellexerat.

Superfluitatem omnem tunc Christus sustulit, quando sollicitudinem prohibuit. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Nisi enim autem hanc anxietatem, curam, sollicitudinem, unde nascitur luxus, & superfluitas, ex variis capitibus Christus reprobatur, & refutat. *Matth. 6. 6.*

Quocirca appositè *Gregorius homil. 6. super Evangel.* Nemo, inquit, existimet in luxu, & studio pretiosorum vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Dominus Joannem de vestimentis ipsius asperitè laudasset. Si hoc culpa non esset, nequaquam Apollolis feminas à pretiosorum vestium appetitu compesceret, dicens: Non in veste pretiosa.

Rursum *hom. ult. super Evang.* Si cultus subtilium, & pretiosorum vestium culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod dives, qui torquebatur apud inferos, bysso, & purpura indutus fuisset.

A DEO PUNIRI.

Sic potè luxus iste, & mollities Deo displicet, ut ab illo graviter puniatur, quod per luxum exprimit, dicens: Eterit pro suavi odore fector, & pro zona fenebrilis, & pro crispante crine calvinitium, & pro fascia pectoralis cilicium *c. 3.* Nempè iuxta illud *Apocalypsis*: Quantum se glorificavit, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Delicias autem istas possit commemorare quales essent, addit: Negotiatorum terræ seculum, & lugendum super illam; quoniam merces eorum nemo emet amplius: merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuree, & serici, & cocci, quæ omnia ad luxum vestimentorum pertinent.

Hanc futuram Dei ultionem divitibus hujus sæculi exprobat *D. Jacobus cap. 5.* Agite nunc divites, plorate, & ululate in miseris vestris, quæ advenit vobis. Divitiæ vestra putrefactæ sunt, & vestimenta à tincis comesta sunt, id est, tantum vestimentorum superfluitatem habuitis; ut ea non ulli usui applicata, sed à tincis comesta, & plane consumpta, non corrosiva tantum, aut vitata fuerint. Ideo plorate, & ululate, non propter vestimentorum jacturam, sed in miseris vestris, quæ advenit vobis propter vestimentorum luxum.

Sic & *D. Hieronymus* ex Scripturis edocuit, gravem Dei vindictam contra hoc luxus genus deferbit, divites hunc in modum alloquens, ut divus fecit Jacobus: Vos in tunicis auro textitis: ille (Paulus Eremita) ne vilissimum quidem vestimentum habitus mactici vestri. Sed è contrario illi quidem pauperculo paradisi patet: vos auratos gehenna sulcipiet. Ille vestem Christi nudus licitè, tamen servavit: vos vestitis feris indumentum Christi perdidistis. *Item epistol. ad Latam de institutione filie.* Nec, inquit, collum auro, & margaritis prenas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irruces, & cetera aliquid de gehennæ ignibus suspicris, quod videlicet vel in hac vita, vel in altera pati necesse est.

EXEMPLA.

Hieronymus ad Latam epistol. 7. scribit, quomodo Pretextæ quondam nobilissima Pœmina, jubente viro Hymetio, qui paterus Eustochii Virginis fuit, habitum ejus, cultumque mutavit, & neglectum crinem mundano more pexuit; vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium: & ecce sibi eadem nocte cernit, in fornibus venisse ad se Angelum terribili voce minitantem pœnas, & hæc verba profertem: Tunc aula es viri imperium prætere Christum? Tu caput Virginis Dei tuis sacrilegis atrectare manibus, quæ jam arecent, ut sentias excruciatia cui feceris, & finito menso quinto ad inferna ducris. Sin autem perseveraveris in scelere, & marito simul obaberis, & filiis. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram misera penitentiam vlog insignavit interitus. Sic ulciscitur Christus violatores templi sui; sic gemmas, & pretiosissima ornamenta defendit.

Petrus Damianus Cardinalis l. 5. epistol. 16. ad Landulphum: Memini

Memini planè, inquit, eum apud Parmensè oppidum liberatium ararium studij docendus infisterem, Clericus quidam nomine Teucolium pellicem iuxta meum habebat hospitium, aspectu lubricum, & inhonestum, satis decore venustum. Hic itaque nitidus, & semper ornatus, atque conspicuus incedebat, ita ut caput ejus nunquam nisi gabelica pellis obtegeret; indumenta carbafina, atque niventia fuligo per artem fullonis inficeret: calceus postremo ad aquilini rostri speciem non falleret. Affluebat ubique deliciis, rugiebant ora flammantia quotidie cachinnis, atque ludibriis, oculorum guttibus, ac scurrilitatis illecebris festivi applaudebant. Hi cum per quinque serè annorum lustrum in hac luxuriosa voluptate visissent, ante annum, cum commune ipsius civitatis flagrare incendium, in una domo reperiri utriusque simul igne consumpti sunt.

Thomas Cantipratensis l. 1. Aperiarii, c. 7. p. 8. Scio, ait, & certus sum, quod etiam in secularibus, & nobilibus personis, pompa glorie sæcularis notabiliter reprehensa sit, & damnata. Prope enim nostra tempora fuit mulier nobilissima, Maria Campaniæ Comitissa: hæc nupta nobilissimo Henrico Campaniæ Comiti filia fuit Ludovici pij Francorum Regis, Philippici foror æque regis Francorum. Hæc multis annis mortuo marito eum postposita ambitione circumiens, & moriens talem finem sortita est. Laborans hæc in extremis, Abbatem Persaniæ sanctissimum, ac eloquentissimum virum, mlgaturo, venire mandavit. Qui ut venit intransmissus non est, & prę foribus expectavit. Jam enim Comitissa decesserat, & distrahebantur à militibus, & ministris, & suis omnibus utensilia, vasa aurea, & argentea, vestes pretiosæ, calcitræque purpureæ, & tandem linteamina ipsa cum peplis. Extremo quidam ex garibonibus mora nimia retardatus, lectum per cornua comprehendit, & resupinatum corpus emortuum eminus in stramenta devolvit. Moras autem Abbatem tunc tædio sustinente, quidam nobilis ex circumstantibus indignatus ostium violententer infrexit, & virum venerabilem introromisit. Qui cum introisset, & nobile illud corpus nudum cum stramine reperisset, volente quodam ex familia illud straminibus operire, Abbas exempli providus non sinebat, sed libera voce clamabat: O vos omnes, venite, cernite pompam nobilissimæ Comitissæ Mariæ. Videte illud delicatissimum corpus, quanto decore pudoris devolutum est: Videte, quid ei pro multisculi honore, & gloria mundus finaliter exsolvit. Ecce quam stulta illi mundus computatione confluit.

Humbertus quintus Ordinis Prædicatorum Generalis Magister, in cap. 70. Regul. S. Augustini scribens. Contigit, inquit, Parisiis, ut quidam Magister Theologie sæcularis prædicaret in Universitate indutus optima veste, vel cappa nova in principio hyemis. Cùm autem tenuerit imprimere verba sua in cordibus auditorum, quidam fateris, quæ erant in medio Scholaribus, surrexit, & dixit: Tacete ita vestis pretiosa, quam habes, non permittit te audacter dicere veritatem; quæ res fecit ei mirabilem confusionem. Debent ergo, qui volunt mundi prædicare contemptum, cavere, ne in suo habitu appareat quiddam, quod gloriam mundi præstendat. *Venerab. Beda in hystor. Angl. 1. 4. cap. 19.* tale exemplum refert: Edilrida Regis filia, & duorum Regum uxor, virgo tamen cùm in ultima ætate iam Virginiū Abbatis facta, indigni quodam tumore, ac dolore maxillæ, five colli preme-retur (ex quo etiam dolore mortua est) multum delectata fuit in hoc genere infirmitatis, ac solita dicere: Scio certissime, quia merito in collo pondus languoris potto, in quo juvenculam me memini supervacua monilium pondera gestasse: & credo, quod id eod me supra pietas dolore colli volvi gravari, ut sic absolvat à reatu supervacue levitatis, dum mihi nunc pro auro, & margaritis de collo robur tumoris, ardorque prominat. Hæc ibi.

IDEM SS. PATRUM TESTIMONIIS, ET CENSURIS DOCEATUR.

Sancti Ecclesiæ Doctores animo volentes quantum olim Deo displicuerit Luxus, & Immoderate vestimentorum, ut etiam totius Judaicæ gentis excidium em vindicaverit, prout per Isaiam comminatus fuerat, multis eandem detestantur, ut Christianorum mentibus illius perniciem infillent. Et quidem *S. Cyprianus lib. de habitu Virginiū*, adducto Isaiæ testimonio *ex cap. 3. v. 26.* Virgines, inquit, compta turpitudinem, fediditate tempore meruerunt; sericum, & purpuram indutas; Christum induere non possunt; auro, margaritis, & monilibus adornatæ, ornamenta cordis, & pectoris perdidit.

Secundò, *S. Basilus scrib. in divites avaros*, qui opes non in pauperes, sed in luxum uxorum impendunt, sic ait: Primò, E nudas mulier superbia, & delicias ardet, voluptatis illecebras marito augebit: circa margaritas, & smaragdos, hyacinthos, aurum, ejus cura noctes, atque dies fullones, artifices, unguentarios textores, discriminatores, qui ex illius imperijs nullo tempore virum respirare sinunt. Tertio, nullus muliebris concupiscentiæ sufficiens thesaurus, non si è flammibus fluxerit: gemmæ alia cervici, alia collo, alia zona, alia manibus, & pedibus ornandis adaptantur. Quarto, vir ergo muliebrim sequens appetitum, quando animæ curam gerat? sicut enim procellæ dispergunt debiles naves; ita pravi uxorum affectus virorum debiles animas corrumpunt, & pestifera.

Tertio, *S. Nazianzenus ad versas mulieres ambitionis se ornantes*. Nobilibus, ait feminis non aurum, non purpura, non pigmenta ornamenta afferunt, sed earum ornatus esse mollior probitas, & elegancia, domi ut plurimum manere, colloqui cum divinis oraculis, suscipere operam dare, ancillis opera mandare, &c.

Quarto, *S. Ambros. Exhortat. ad virg.* citat hunc Isaiæ locum additque, Unde & S. Petrus dixit, non in plicatu capillorum neque in tortis crinibus, aut auro, & argento, vel veste pretiosa: sed magis interioris hominis ornamenta feminis esse requirenda, quoniam absconditus ille cordis homo, qui est pauper sæculo, ipse est locuples Deo. *Isai. 61. ad Tim. 2.* Quanto femina hominibus splendidiore videtur, tanto magis despicietur à Deo.

Quinto, *S. Hier. epistola de vitando contubernio* nimis ornantes se, & ostentantes comparat lupanariis. Caligula (calceus) inquit, ambulantis nigella, ac nitens frigore ad se juvenes vocat: papillæ fasciolas comprimentur: & crispanti angulo angustius pectus arctatur; capilli vel in frontem, vel in aures desiliunt, palliolum interdum cadit, ut candidos modet humeros, & quasi videri noluerit, celare festinat, quod volens detexerat. Et quando in publico, quasi per verecundiam operit faciem, lupanarium arte id solum ostendit, quod aperte ostentum magis placere potest.

Sextò, *S. August. scrib. 18. de verbis Apostoli*, sic ait: Exterioris hominis ornamenta quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris majora detrimenta: quanto autem minus appetuntur, tanto magis moribus pulchris homo adornatur.

Septimò, *S. C. brysof. hom. 30. in epistol. ad Roman. Deposito G* inquit, vilis foeni onere (hoc enim est vestium sumptus) ornatum accipe coelestem virtutum. Hic est Ecclesiæ ornatus, ille theatrorum; hic coelis dignus, ille equis, & mulis, ille & mortuorum corporibus circumdatur, hic in sola splendete anima, in qua habitat Christus. *Item hom. 18. in 1. ad Cor.* At non censet ait, cum avaris, & aliis, quos Paulus enumerat *1. Corinth. 6.* diabolus simul accumbere? mulieres autem ornatas ad libidinem non censet cum eo coire? si quis contradicat, exeat animam mulierum, quæ se adeo indecore gerunt, & videbit planè sceleratum illum demone vehementer cum eis conjugi, & commisceri. *Item 1. de Virgine, cap. 62.* Mulier si formosa est, nimis ornatus ejus venustatem obscurat; si deformis, eò turpiorem reddit ornatus: deformitas enim semper emicat, & apparet, ut spectatores mulierem rideant, & ornatum mirentur.

Octavò, *S. Petrus erecita ad matrem Theodoretis complian.* ait. Si pictor egregius pinxisset imaginem, & alius plebejus ei alios colores iniiceret, pictor sanè exandesceret: ita & Deus naturæ nostræ opifex, & pictor jure iustitiam, quod ejus naturam, & sapientiam aculetis inficitia, ipsumque creatorem H dammetis imbecillitatis. Nolite ergo Dei corumpere imaginem, neque tentetis ea addere, quæ sapienter non dedit; neque hanc adulterinam excogitate pulchritudinem, quæ vel pudicis asserit excidium, vel videntibus infidias, ita refert *Theod. in Preis S. S. Patrum, vita 9.*

Nonò, acerrimè hunc vestium luxum insectatur *Tertull. 1. de Habitu mulierum*, ex quo pauca illustriora decerpam. Tu ait, es diaboli janua, es arboris illius reginatrix, tu es divine legis prima defensorix, tu hominem elidisti: propter tuum meritum id est mortem, etiam filius Dei mori habuit, & adornat tibi in mente est super pellicem tuas tunicas.

Secundò, duplex est cultus feminæ; scilicet mundus muliebris in auro, gemmis, & vestibus; ornatus, quem immun-dum muliebrim convenit dici: in cura capilli, cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt, illi criminè ambitionis intendimus, huic prostitutionis.

Tertio, Lapidēs, & gemmæ sunt terræ immutabilia; quinon domos,

domos, non recta, sed solum hunc mulierum stuporem adificare noverunt.

Quarto, A junc de frontibus draconum gemmas eruit. Hoc quoque dicitur Christianæ, ut de serpente cultior fiat: sic calcabit diaboli caput, dum de capite ejus suis cervicibus ornamenta struit.

Quinto, Semper abundantia contumeliosa in se ipsa est. Sexto, Quis est vestium honor justus de adulterio colorum in justorum? non placet Deo, quod non ipse produxit; nisi si non potuit purpureas, & hyacinthinas oves nasci jubere.

Idem Tertull. de Cultu faminarum.

Primo, Hunc ornatum ait esse Ethnicorum. Secundo, Non de integra conscientia venit studium placendi per decorem, quem naturaliter invitatorem libidinis scimus.

Tertio, Perit simul vir in tua forma, o mulier; & facta es tu gladius illi.

Quarto, Vos solis maritis vestris placere debetis: in tantum autem placebitis eis, in quantum alteris placere non curaveritis.

Quinto, Indignum est Christiano faciem sanctam gestare, qui simplicitate inducitur; effigiem mentiri, cui linguam non licet appetere, quod datum non sit, cui studium pudicitie est: quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta Dei non custodietis?

Sexto, Utinam miserimus ego in illo die Christianæ exultationis, vel inter calcaneas vera caput elevans videam; an eum cerussa, & purpuris, croco, & in illo ambitu capitis refurgatis: an taliter explicitas Angelini nubila sublevent obviam Christo?

Septimo, Ubi Deus, ibi pudicitia, ibi gravitas adiutrix, & sociæ ejus: quo pacto ergo pudicitiam sine instrumento ejus, id est, sine gravitate, & severitate vestitus, tractabimus? Octavo, Tempus hoc breve est, ait Apostolus, quid ergo illud das vanitati?

Nono, Jubet Apostolus ut magnificetur Deus in corpore nostro: magnificatur autem per pudicitiam, & per pudicitiam habitum competentem.

Decimo, Licet videri pudicam, certe impudicam non licet.

Undecimo, Pudicitia Christianæ satis non est esse, verum & videri; ut emanet animo in habitum, & eruat à conscientia in superficiem.

Duodecimo, Projiciamus ornamenta terrena spei nostre retinacula, si coelestia optamus.

Decimotercio, Tempora Christianorum semper, & nunc vel maxime, non auro, sed serg tranfiguntur, stilla Martyrum preparantur, Angelis bajulis sustinentur. Prodit jam vos mulieres ornamentis instructæ Apostolorum, fumentes de simplicitate candorem, de pudicitia roborem, depicta oculis vercundia, & spiritus taciturnitate, inferentes in aures sermonem Dei, annexentes cervicibus jugum Christi, caput maritis subiicite, & satis ornate: manus lanis occupate, pedes domi figite, & plus quam in auro placebitis: vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitia, taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.

Decimo, Tertullianum sequitur S. Cyr. qui nervosæ, & eleganter idem agit, de disciplina, & habitu Virginum.

Primo, Continentia, inquit, & pudicitia non in sola carne integritate consistit, sed etiam in cultus, & ornatus honore patitur, ac pudore.

Secundo, Nefas est virginem ad speciem formæ suæ committere de carne, & de ejus pulchritudine gloriari, cum nulla sit illis magis, quam adyersus carnem, colluclatio, & vincendi corporis, ac donandi obstatina certatio.

Tercio, Dicit Paulus, Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt; & quæ se concupiscentis carnis, & viciis renunciasse profertur, quomodo in istdem, quibus renunciaverat, invenitur?

Quarto, Neminem Christianum decet, & maxime virginem non decet, claritatem ullam computare carnis, & honorem, sed solum appetere sermonem Dei, bona in æternum mansura complecti. Aut si in carne sit gloriandum, tunc plane quando in nominis confessione gloriatur, quando fortior femina viris torquentibus invenitur, quando ignes, aut cruces, aut ferrum vel bestias patitur; ut coronetur, illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora.

Quinto, Ornamentorum, ac vestium insignia, & lenocinia formarum non nisi prostitutas impudicis feminis congruunt; & nullarum ferè pretiosior cultus est, quam quarum pudor

vilis est. In Apocal. cap. 17. describitur meretrix illa perditâ, eum qua fornicati sunt reges terræ, amicta pallio purpureo, & cocineo, adornata auro, & lapidibus pretiosis, tenens poculum aureum in manu sua.

Sexto, Aut vulnere inferri auribus Deus voluit; quibus innocens adhuc infantia, & mali secularis ignata, crucietur, ut postea de aurium cicatricibus, & cavernis pretiosa grana dependeat, gravia etsi non suo pondere, mericium quantitate?

Septimo, Angeli Apostatae oculos, circumducto nigrore fucare, & genas mendacio ruboris inficere, & mutare adulescentis coloribus crimem, & expugnare omnem oris, & capitis veritatem, corruptelâ suæ impugnatione docuerunt.

Octavo, Femina manus Deo inserunt, quando id, quod ille formavit, reformare, & transfigurare contendunt: nescientes quia opus Dei est omne, quod nascitur, diaboli quodcumque mutatur.

Nono, Dominus tuus dicit, Non potes facere capillum unum album, aut nigrum? Tu ad vincendum Domini tui vocem vis te esse potiorum? & audaci conatu, & sacrilego contemptu criminosus inficis.

Decimo, Non metuis, oro, quæ talis es, ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus te non recognoscatur, & ad sua premia, & promissa venientem removeat, & excludat? Increpans vigore censoris, & judicis dicat: Opus hoc meum non est, nec imago hæc nostra est; cutem fallô medicamine pollutisti, crimem adulterino colore mutasti, expugnata est mendacio facies: figura corrupta est; vultus alienus est; Deum videre non poteris: quando oculi tui non sunt, quos Deus fecit, sed quos diabolus inficis.

Undecimo, Vince vestem, quæ virgo es, quæ Deo servis, vince aurum, quæ carnem vincis, & sæculum: nec monilia, aut vestium quære ornamenta, sed morum.

* DETESTATIONIS HUJUSMODI CAUSE VARIÆ.

I. INJURIA DEO ILLATA.

Docet hoc Cyprianus de habitu Virgin. Si quis, inquiens, pingendi artifex, vultum alicujus, & speciem, & corporis qualitate æmulo colore signaverit, & signato jam, consummatoque simulacro, manus alicujus afferret, ut jam formata, jam picta, quasi peritior reformaret, gravis prioris artificis injuria, & justa indignatio videretur. Tu te existimas impunè futurum tanta temeritatis audaciam, Dei artificem offensam? Esi enim impudica circa homines, & mœsta facis lenocinantibus G. sis, corruptistamen, violastisque, quæ Dei sunt, pejor adu- ltera detinere. Hæc ille.

II. TESTIMONIUM PŒVARICATIONIS PROTOPLASTICÆ.

Cum vestitus sit velut monumentum, ut supra etiam tetiginus; inobediencia, & prævaricationi vestire in Adamo protoplasto: nullus potest jure gloriari in nobilitate, sicut nullus certe sue gloriatur de stigmatæ ob furum fronti inulto. Unde B. Chrys. hom. 28. Gen. Justice, ait, Dominus primos parentes: togis pellicis vestiri, in perpetuum memoriæ, quod inobediencies fuerimus Domino. Audiam opulenti, & qui luxuriant in verbis, operibus, & vestituris sericis, dicantque, quomodo ab initio humanam naturam miseris Dominus docuerit.

III. OBLIVIO SUI-IPSIUS.

Alterâ causa est, inquit Basilius in suo Panario, quod hoc luxu ostendimus, quam parum memores sumus antiqui illius oraculi, quod præcipitur, tantopere laudati, ut acute denotavit B. Basilus hom 24. de legendis libr. Gentilium. Omne namq; studium H. inquit, adhibete, ut quod extra fuerit, bene, pulchreque colatur, & apparet se se cognoscentis non erit; neque sapiens illud præceptum intelligentis, nos admonens, quemadmodum id, quod aspicitur, est homo. Excellenti enim quadam opus est sapientia, per quam nostrum quilibet, quicunque sit, se se cognoscatur: quæ profectò mente minime purgatis, non magis evenire potest, quam lippienti solem aspicere. Sic ille.

Quid autem sit, quod luxu vestium gaudens non cognoscatur, est corpus suum. Quid enim est corpus nostrum nisi faccus stercorarius, cloaca sordium, cubus vermium, nisi flagnum illa, supràque feciores exhalans.

Quare Andreas S. Bernardi frater, cum aliquando amorum foror exquisito culta ornata ad fores Monasterii Clarevallensis venire ausa fuisset, eam stercus involutum appellavit, quo convitio illa percussa, tandem & cultui, & mundo sanctimonialis facta, renunciavit. Gulielm. de bona Valle in vita S. Bern. apud Sar. in Aug.

IV. INDI-

IV. INDICIUM ANIMI CORRUPTI.

S. Bernardus serm. super Missus est, hanc causam tangit: Vestium curiositas, deformitas mentium, & morum indicium est. Et iterum: Quanto amplius corpus foris propter vanam gloriam componitur, atque ornatur; tanto interior anima feodatur, & fœdatur. Rursum alio in loco: Exterior superfuitas interioris hominis indicium est.

Sic D. Hieronymus, Paulam non minus sanctam quam nobilem matronam dicere solitam scribit: Si vidisset aliquam comptiorem, contradictione frontis, & vultus tristitia arguebat errantem, dicens munditiam corporis, atque vestitus, animæ esse immunditiam. In Epitaphio Paulæ.

Sic D. Cyprianus: Serico, inquit, & purpura induta, Christum sincere induere non possunt: auro, & margaritis adornata, & momilibus, ornamenta mentis, & corporis prodiderunt. Lib. de habitu Virginum.

Ex Scriptura verò hoc totum sancta ista persona didicerunt. Sic enim legitur: Amictus corporis, & ritus dentium, & ingressus hominis enuntiant de eo. Eccl. 19.

Quam ob causam Apostolus, cum vestes pretiosas mulieribus interdixisset, subiungit: Sed quod decet mulieres promittentes pietatem opera bona. 1. Tim. 2. Nempe mulier sobrie vestita pietatem aspicientibus eastitem; compta verò, & superflua curiositate ornata, promittit impudiciam meretriciam. Legatur. Chrysost. hom. 37. in Genesim.

* DE VESTIUM MOLLICIE DETESTANDA. EXEMPLA, ET DOCUMENTA ETHNICORUM.

Celebre est hæc de re Augusti Imperatoris dictum: Vestitus insignis, ac mollis, superbia vexillum est, niduque luxuriæ. Suet. in Augustor. 73. Ostendit videlicet animum superbiæ, & foret luxuriam. Unde & ipse simpliciter amictu utebatur, & in suis, qui se fecerit, ægre ferabat.

Cum Julia ejus filia licentiori quam par erat vestitu ædes ejus ingressa, eum graviter offenderit, postero die mutato vestitu, iterum Augustum salutarit: quam ubi vidisset, ait: Quanto probabilius est hic cultus jam honestus in filia Augusti! Cui respondit: Hodie me parentis, heri verò mariti mei ornavi oculis. Macrobius, lib. 2. Saturn.

Et ista quidem acutè invenit excusationem in peccato: sed gravius erat tantum Imperatoris judicium, qui personam nobilem luxum maxime dedecere sapienter judicavit; quam juvenis mariti affectu, qui ad libidinem, & voluptatem superflue ornari uxorem voluit. Et hujus quidem libidinem plucini mali Christiani sectantur, Augusti gravitatem pauci.

Potro mollem cultum corporis, animi effeminati in viro potissimum indicium esse, falsè fed sapienter Diogenes docuit. Cum enim aliquis quidam compior ei quaestionem proposuisset: Non tibi prius, inquit, responsum sum, quam sublati vestibus ostendere, utrum masculus sis, an femina. Ex cultu parum virili notavit animi mollitiam, Laerti. lib. 6. de vita Philos.

Idem indoctos, & ineptos homines splendide vestitos, & operibus, id est, oves auro vellere, vocavit.

Laudat merito Clemens Alexandrinus Lacedæmoniorum institutum, qui solis meretricibus floridas vestes, & aureum mundum gestare permiserunt: quia probas mulieres hujusmodi superfluum cultum minimè decere judicabant. Pædagogi lib. 2. cap. 10.

Sic Lyander, & Archidamus Lacedæmoniorum Principes ea recusantur indumenta pretiosissima, quæ ad eorum filios Dionysius Tyrannus miserat, timentes maxime, ne hæc deformiores animis fierent. Ob quam etiam causam, & ut tantorum Principum filii corrupterentur, hostis Dionysii amicitiam specie miserat. Idem quippe Dionysius adeo exosam habuit in vestitu luxuriam, ut malefactoribus, qui supplicis afficiendi erant, ignoscere: si pretiosorum vestium fures essent: quo facilius Syracusani ab hujusmodi luxuriis abstinerent.

FLAVIO VESPASIANO, cum adulescens quidam gratias ageret pro impetrata Præfectura, quoniam unguentum flagrabat, & nutu contemptus est, & gravior increpatus. Malleum, inquit Imperator, gillium olivis. Suet. in Vita Vespasiani. Et molliter concessas revocavit. Omnes hi judicantur, animo molli, effeminato, & ignavo illos omnes esse, qui vestimentorum molliem confectarentur.

Vide Titulum sequentem. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

V. CORRUPTIONIS ANIMORUM CAUSA.

Innuat hoc S. Bernardus ser. g. ad soror. Mollia, inquit, dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt animum. Et alibi: Queritur ad induendum, non quod virilius, sed quod subtilius invenitur, non quod repellit frigus, sed quod superbiere compellit. Et paulò post: Ex cordis thesauro sine dubio procedit, quidquid foris apparet vitiosum. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori. Non tanto curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus. In Apolog. ad Gulielmum Abbatem.

Eleganter igitur monet Clemens Alexandrinus lib. 3. cap. 11. Pædagog. Ea, inquiens, quæ a feminis ad luxum comparantur, ab eis tanquam penna detrahenda sunt, ut quæ instabilem superbiam, ac molliem, inanefque voluptates procurent: quibus excitate, & quodammodo alata, sæpe à matrimonio resiliunt. Quocirca feminæ honestæ ornandæ, & publico pudore astringendæ sunt, ne à veritate propter molliem diffiant.

Huc pertinet, quod gravissimè Tertullianus libro de cultu faminarum scribit: Divino operi Satanæ ingenia superinducere quam scelestum est! Servi nostri ab mimicis nostris nihil mutantur. Milites ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De adversario enim ejus, in cuius manu sit, aliquid usum postulare, transgressio est. Christianus a malo illo sic diabolum vocat] adjuvatur? Nescio an hoc nomen [Christiani] eti perleveret. Quantum autem à vestris disciplinis, & professione aliena sunt, quam indigna nomine Christiano, faciendâ sictam gestare, quibus simplicitas omnis indicitur? effigiem mentiri, quibus lingua non licet appetere, quod datum non sit [id est, formæ pulchritudinem] quam natura negavit] quibus alienum abstinentum? Speciem exercere, quibus studium pudicitie est? Credite, benedictæ, quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta vestra non custodietis? Hactenus ille, docens veram quodammodo Christianitatem hoc inani, & vanissimo luxu amiti.

* JUDICIA, ET CENSURÆ Ethnicorum SUPER HAC RE.

Non ignorabant hanc superflui cultus, ornatusque, qui in vestibus tam anxie queritur ad corruptionem mentium, manuclionem Ethnicorum, ut cujus occasione lata fuit Lacedæmoniorum lex paulò ante citata, quam ita stricte observarunt, ut Ephori, id est, supremi eorum magistratus, quotidiæ inspectiones obirent vestimentorum, si quid illis forte à decenti, iustoque ornatu alienum inveniretur. Ælian. Varior. histor. lib. 14.

Similiter & ob eandem causam apud Syracusanos cantum erat, ne mulieres auro ornarentur, neque floridas vestes gestarent, neque purpuros habentes contectus, nisi si quæ publicam meretricem esse fateretur.

Alia quoque fuit lex, ne quis vir se auro ornare supervacaneis vestibus uteretur differentibus, nisi se moechum fateretur, aut cyncædam. Athen. lib. 12. capite 6. ex Plutarcho lib. 25. histor.

LYCURGUS fucandi artificium Sparta ejecit, idque, Primo, eò quod malis artibus urbem corrumperet: unde tanta tunc Sparta fuit mulierum pudicitia, ut adulterium pro incredibili haberetur. Secundo, ut quis in mores puelle incutus, virtutem in delectu sequeretur, cum uxorem quereret, non verò furo illiceretur. Eadem de causa voluit eas accipi sine dote: item exerceri eas cursu, lucta, disci, & jaculi jactu: H ut valide fierent, validaque gignerent proles. Unde Gorgo Leonidæ uxor cuidam obicitenti, Vos sola Spartana maritis imperatis; respondit, Solæ enim viros parimus. Telsis est Plut. in Lycurgo.

DIAGENES ad juvenem quendam se nimis ornante: Si quisdem, inquit, ob viros, infelices; sin ob mulieres, injuriosus.

THEOPHRASTUS, Mulier, inquit, nec alios videre, nec ipsa videri debet, præsertim quæ eleganter ornata fuerit: utrumque enim ad res inhonestas incitamentum est.

Domî coram viro liceat uxori ornare se, ut lubet: ornamenta autem, quæ sume egrefura domum, non ad maritum, sed ad alios spectant, inquit Hyperides.

Ornat mulierem, quod honestiorem facit, talem verò præstat non aurum, non linaragus, non coccus; sed quæcunque gravitatis, moderatioris, & pudoris specimen habent. Crates. Sic quoque Democritus: Sermo, inquit, parvus ornat mulierem, H h h

herem, & ipsius ornamenti paritas ei decorata est. Stobaeus
A. *serm. 32. Audi & poetas. Ovidius ita canit:*
Auferimus cultu, gemmis, auroque seguntur
Omnia; pars minima est ipsa puella sui.

Et Propertius:

*Quid iuvat ornato procedere vitia capillo,
Teque peregrinis vendere munerebus?
Naturaeque decus mercato perdere vultu?
Nudus amor formae non amat artificem.*

Plautus:

*Nequaquam exornata est bene, si ornata est male. Et
Magis meretricem pudorem, quam aurum gerere concedat;
Pulchrum ornatum turpes mores, pejoribus caeno collinunt.*

Audi Reges, & Imperatores. Aurelianus Imp. petenti uxori,
ut se unico pallio, serico uti sineret, respondit: Absit, ut
auro fila penitentur, libra enim auri tunc libra serici fuit. Quam-
obrem *Aristoteles* praefat. ad *Alexandrum Magn.* cum iuta do-
cet: multo pulchrius magisque regium, animum praefere cul-
tum, & compositum, quam corporis vestem.

ALEXANDER SEVERUS censuit regias matronas contentas esse
debere unico pallio auro sparso, & cyclade, quae plus sex un-
ciis auri non haberet, teste *Lampridio*. Hic cultus hodie vix
sufficit uxoris negotiatorum.

B AUGUSTUS Caesar, teste *Suetonio*, dicebat, Vestitus insi-
gnis, ac mollis superbia vexillum est, nudisque luxuriae. Unde
pro concione videns multos palliatos, indignans, En, inquit,
Romanorum verum dominos, gentemque togatam,
adeo studebat priscos renovate mores, & vestitum.

VI. PRIVITATEM MORUM
INDUCIT.

Et sane ad alios corruptos mores, quod attinet, peccator in
populo circa vestimenta in luxu, & superfluo cultu, &
ornatu: coguntur enim saepe ob impensas in superflua,
aut ob pannos pretiosiores pretio magno emptos, immobilia
vendere, furari, vel dolose negotiari, quia talia vestimenta
supra dignitatem, & facultates appetant, *Tolosano lib. 4. de
Republ. cap. 11.* Eaque de causa *Romae*, & alibi laetate leges
vestitiae, ut omnis excessus in hoc genere cavereur. Nos infra
nonnullas ex praefato *Tolosano*, & aliis trademus. Hic tamen
paucas adducimus.

Fuerunt mulieribus vestes delicatioris aliquando concessae:
sed quae tamen honestatem in matronis, & pudicitiam non
offenderent, iuxta mores regionum, ut plerumque autem
floridae, colorum variorum meretricibus concessae, ut vel ha-
bitu etiam separarentur a pudicis. *Apud Romanos, 17. §. si quis
de iurejur. P.*

Neque tamen mulieribus indulgendum etiam, ut permissio
transiret in luxum, & in maritorum, aut parentum detrimentum,
quorum marsupia, & facultates faciliè ea nimia indulgentia
exhaerentur, nisi disciplina publica illas à petitione, & hos à
concessione reprimeret.

Fuit apud Romanos salubris, & iuxta indigentiam, & ne-
cessitatem temporum fuorum utilis lex Oppia, quam tu-
lit C. Oppius tribunus plebis: Q. Fabio Maximo, T. Semo-
pronio Graccho Coss. anno ab Urbe condita 540. in medio
ardore Punici belli, *Livius libro 34. in principio*. Ne qua
mulier plus femencia auri haberet, ne vestimento vesti-
colore uretur: nedum iuncto vehiculo in Urbe, oppi-
dove, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publico-
rum causa veheretur, & aliquando etiam in collatione ad belli
D necessitatem relicta fuerunt mulieribus in secundo bello Pu-
nico, uxori siliave singulae unciae auri, & pondo argenti, M.
Marcello 4. & Leivno Valerio 2. Coss. *Idem Livius lib. 6. de
bello Punico.*

Fuit tamen nimia postea indulgentia virorum erga mulieres
in abroganda praedicta lege Oppia, pro qua magna contentio
suborta in Republ. aliis eam defendentibus, cum M. Porcione
Catone, teste *Livio libro 14. ex Zona*, aliis eam impugnanti-
bus, qui & obtinuerunt, cum matrone nulla nec authoritate,
nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine domus
potuerunt, omnes vias urbis, aditusque in forum obsidentes vi-
ros ascendentes ad forum orantes, ut florente republica, cre-
scente indies privata omnium fortuna, matronis quoque reddi
pristinum ornatum paterentur.

Sed quantum mali Republicae accesserit abrogata illa lege,
Tribuno suadens, L. Valerio Flacco, Marco Catone Magistro
Coss. docere potuerunt *Valerius Maximus* verba; quae sic de
ea abrogatione agunt. Et quidem, inquit, Feminae obtinuerunt

run, ut jus per continuos viginti annos servatum aboleretur
non enim providerunt eisdem saeculi viri, ad quem cultum
tenderet insoliti coetus pertinax studium, aut quo se usque ef-
fusura esset legum vestris auidacia. Quod si animi mulieribus
apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid novitatis
sumptuosius adjunctum est, in ipso interitu ruenti luxuriae obsti-
tissent, *lib. 9. c. 1.*

Et hoc est, quod etiam ait Severus Caeina, plura uxoribus
praeorum objectari, his statim adhaerescere deteriorum quom-
que provincialium, ab his negotia suscipi, transigi: Duorum
egressus coli, duo esse praetoria provincialibus magis, & impo-
nentibus mulierum iustis, quae Oppiiis quondam, aliique legi-
bus contractae, nunc vinculis exsolutis, domos, fora, jam &
exercitius regerent, *Cornelius Tacitus lib. 3. Annalium.*

Et certe nimium mulierum interdum viri, qui negare aperte
non audent uxoribus, & siliabus sumptuosius ornatis, qui & il-
lis sunt decorei, & subflantiae detrimento. Ut certe non tam
egeamus Praefectum dari mulieribus, ut olim apud Graecos
crebatur; quam potius censore, qui viros doceat, moderari mu-
lieribus. *Cicero 4. de Republ.*

¶ Vide nonnulla paulo ante inter documenta Ethnicorum.

VII. PROXIMUM AD LUXURIAM
PROVOCAT.

Detestationis vestitarii cultus rationem insinuat *Tertull. lib.
de cultu saec.* Quid, inquit, alteri periculo sumus (Quid al-
teri concupiscentiam importamus? Nescio an impunè abeat,
qui alicui fuit causa perditionis. Peris enim ille simul in tua for-
ma, si concupierit, & admittit tam in animo quod concupivit:
& facta est tu gladius illi. Certè ut culpa vaes ab invidia non li-
beraberis: ut dum alicuius in agro latrocinium gestum est, cri-
men quidem Dominum non constituit, dum res tamen eius
ignominia notatur, ipse quoque infamia aspergitur, haec illi.

D. ANTONINUS Archiepiscopus Florentinus, fecimas om-
nes impudico, & meretricio habitu vestitas, quasi instrumenta
demonum ad perdendas animas, ex templis omnibus suae civi-
tatis expulit. *In vita eius apud Surium tom. 3.*

Nec dissimulat *Tertulliano* D. Chryliformus, ita scribens:
Quid enim ornatis, dic, quorsu? ut viro placeas? Igitur domi
hoc facias. Hic verò contractum fit. Si autem proprio viro pla-
cere, aliis ne cura placeas. Si verò aliis placere vis, non potes
placere tuo. *Hom. 10. in epist. ad Coloss. Vide etiam tom. 28. in
G. epist. ad Hebr. cap. 10.*

VIII. TEMPORIS JACTURAM
FACIT.

Inter alia mala non infimum censeri debet, quod qui hanc
molliciem sectantur, maximum in eo cultu temporis sui dis-
pendium faciunt. Si enim nullo malo sine curiositas illa adhibe-
retur, saltem multum in ea temporis male perdunt, iuxta illud
Comici: Dum moliantur, dum comuntur, annus est.

Quod ex alio Poeta Graeco, qui similiter hanc inanem curio-
sitate, & temporis jacturam descripsit, citat *Clemens Alex.
lib. 2. Pedagog.* Veni tripla, transi accedit: Non transi, veni,
adeft, abest, tergitur, accedit, sinigmat, saponave purgatur,
peffitur, eicit, teritur, lavatur, se contemplatur, componitur,
unguentis perfunditur, ornatur, ungitur; & si quid non habeat,
eneatur. Ter enim, non semel digna sunt, quae pericant, ut
Crocodilorum excrementis utuntur, quae spuma sepiarum un-
guntur, quae supercilia fuligine illinunt, & fucio genas terunt.
Quae ergo vel poetis Ethnicis erant odio propter mores, quan-
to magis à veritate recedenti sunt?

Luxuria tamen Anglicana, regnante illic nuper Elizabetha
[ut tradit. *Thom. Stapleton in Prompt. moralis, part. 1. de Dom.
2. Advent.* ex quo loco pleraque hic descripsimus] omnem
hanc insaniam curiositatem superat, ubi *Leeceffius* Comitis, ho-
minis infamias, & nostris saeculi, un excepto diademate, Sarda-
napali, putatitia uxor late se totam ablucere consuevit, ut pro-
cassillimè viri libidinis satisfaceret.

S. NONNUS Episcopus Heliopolitanus, videns Pelagiam me-
reticem Antiochenam fortè in platea transcurrentem, usque ad eam
comptam, & ornatum, ut nihil in ejus vestibus cerneretur pre-
ter aurum, margaritas, & gemmas; dum illam aspiciens; &
considerans, postea ad astantes dixit: Quot putatis horas ex-
pendit haec mulier, dum in cubiculo suo se lavat, & compositis
omnem diligentiam impendens, ne quid posse decoris, ac pul-
chritudinis desiderari, ut placeat omnium oculis? *In vita S.
Pelagiae apud Surium 8. Obob.*

Simi-

Similiter Pambus eremitia Alexandria in eremo descen-
dens, rogante Athanasio Episcopo, cum vidisset ibi mulie-
rem in pompa sumptuosius, exquisitiusque ornatum, quo ho-
mines ad se spectandam invitaret, lachrymas profudit. Rogan-
tes autem lachrymaretur, respondit, se duabus rebus fuisse
commotum: una, quod videret ac studio ad placandum Deo,
quod ipse non tanta cura, ac studio ad placandum Deo,
quanta illa ad hominum flagitiosos blandiendum incumberet.
Socrates hist. Eccl. 7. c. 18.

Nempe hujusmodi vestitum est, quod non minus faceret,
quam sapienter dicere solebat *Thomas Morus*, vir pietate, &
eruditione clarissimus: Quam plurimos in hac vita eo labore
infernum mercari, cujus vel dimidius calum lucrati fuissent.
Unde idem vir sanctus domicellæ cuidam, quae multo cum
labore, atque dolore crinides complicabat, ut frons lata ef-
fret; tunicaque constringebat, ut gracili corpori videretur;
Nisi Deus tibi pro hoc tanto labore infernum reddat, magnum
tibi profecto injuriam faciet. *In vita Thomae Morici. 12.*

IX. FINIS ILLIUS VANITAS.

B Ibi verò hujus generis luxus hoc maximum malum est, quod
totus ad vanam gloriam destinatur: nec ullum aliud aut fru-
ctum quaerit, aut finem respicit, quam ut hominum oculis plac-
endo, inanem aliquam laudem, & existimationem reportet.
Qua in re, ut nihil in se ineptius, ita nihil Deiligibus, &
Christianis vocationis repugnantius.

Rectè itaque monuit sapiens: In vestire ne gloriaris unquam,
nec in die honoris tui extollaris. *Eccles. 7.*

Atque hunc esse finem hujus ornatus D. *Gregorius hom. ult.
super Evangelium* docet, ita scribens: Quod pro sola inani
gloria vestitum pretiosius quaeritur, res ipsa testatur: cum
memor videt ibi pretiosius vestibus indui, ubi ab aliis non
possit videri.

Elegantem Apelles, cum vidisset quendam ex suis discipulis
pinxisset Helenam multo auro ornata; & adolescens! ait,
cum non posses pingere pulchram, pinxisti divitum. *Clem. Alex.
lib. 2. c. 12. Pedagog.*

Tales sunt, qui ex ornato externo pulchritudinem quaerunt,
& existimationem veuantur, de quo sapienter *Innocentius Pa-
pas*: Quid aliud est pretiosus ornatus, quam speculchrum so-
ris dealbatum, imus spurcicia? *Libro de vilitate conditio-
nis humane.*

Laudat *Clemens loc. cit. 10.* Cæum Sophistam, qui virtutis,
& improbitatis aptas descripsit infamias. Viritem enim fecit
simpliciter stantem, candida veste indutum, & puram, sola ve-
recundia ornatum. Improbiteinem verò, superflua, & varia veste
indutum, alieno colore exultantem.

Hac igitur vana gloria nihil vanius, & quae ex ornato externo
quaeritur. Unde sapienter idem ait, quos si quis auro ornari se
existimat, is auro est inferior: qui autem auro inferior, non
est ejus dominus. *Pedagog. 3. c. 12.*

SOLON Cresci regis vanitatem hac in parte repressit. Cresus
enim rex Lydiae, cum se exquisitissimo omnium ornamen-
torum genere composuisset, sublimique in folio sederet, inter-
rogavit *Solonem*, an pulchrius unquam spectaculum vidisset:
qui respondit, Gallos gallinaceos, fasianos, atque pavones.
Laert. 1. c. 2. de vita Philof.

Hanc vanitatem apud suos Utopienses optime perspectam,
ideoque ex ea beata insula penitus ablegatam fuisse scri-
bit *Morus*: Mirantur, inquit, quempiam esse mortalium,
quem exiguae gemmulae, aut lapilli dubius oblectet fulgor;
cui quidem stellam aliquam, atque ipsum denique solem
licet intueri: aut quemquam tam insanum esse, ut nobi-
lior sibi ob tenuioris lanae filum videatur; siquidem hanc ip-
sam, quam vis tenui filo sit, ovis olim gestavit, nec aliud ta-
men interim quam ovis fuit. *Et paulo post.* In hoc adulterinae
voluptatis genere eos collocant, qui, quo meliorem togam
habent, eo sibi meliores ipsi videntur. Quia una in rebus er-
rant. Neque enim minus fasti sunt, quod meliorem putant
togam suam, quam quod est. Cur enim fili vestis usum spectes,
tenuioris filii lanae praestat castrosi? At illi tamen tanquam natu-
ra, non honore praerellent, attollunt crederes, & sibi met
quoque pretii credunt inde non nihil accideres: eoque hono-
rem, quem vilis vestiti sperare non essent ausi, elegantiori
toga velut suo jure exigant, & praetermissi negligentius indig-
nantur. *Utopiae lib. 2.*

Ad Utopiensem sententiam praeregatum *Aristoteles* ac-
cessit: qui cum animadvertisset adolescentem propter chla-
mydis magnificentiam se jactantem, & gloriantem; Non de-
L. B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

fines, adolescens, inquit, propter ovigloriarum virtutem.
Maximus serm. 34.

XANTIPPE Socrati, cum vellet quondam vestem induere,
atque sic ad spectandam pompam prodire, ille dixit: Hanc
non spectandi causa, sed potius, ut spectaris, habes: Nota-
bat autem communem hominum consuetudinem, qui cum in
aliis, tum maxime in vestitus novitate delectantur, quo ab om-
nibus ad novum, & insolitum cultum spectentur, & celebren-
tur. *Aelianus lib. de var. hist.*

SOCRATES, cum iret ab Agathone vocatus ad convivium,
soleatus, & unctus, idque praeter morem, & ab amico quo-
dam obvivo rogaretur: cur esset solito nitidior, ludens dixit.
Ut pulcher tam ad pulchrum, cum nullus esset ab hujusmodi
affectibus alienior. *Erasm. 1.3. apoph.*

Idem palli proficisam partem cum *Antisthenes* multis spe-
ctantibus ostendisset, spectandumque dedidit: Aspice, inquit,
o Socrates, per fuciluram pallii tui vanitatem. *Laertius.*

Huc adducantur exempla superiora, quod vulgi sententia,
Vestis virum faciat.

X. MODUM TENERE NESCIT.

Accedit ad omnia superiora aliud huic penè proprium, quod
hujus mollicitiae, luxus, & vanitatis, nullus propemodum modus
est, nullus terminus, aut finis.

Quod praclare docuit *Clemens Alexand. lib. 2. Pedagog. cap. 2.*
Ebriosum ait, esse, & vinosum, est si sint magna vitia, non tamen
tantam, quantum est nimium sui ornandi studium. Menia plena,
& frequentes calices satis sunt ad implendam ingluviem. At
qui auri, purpurae, & gemmarum nimio studio tenentur, iis
nec quod super terram, nec quod sub terra est, aurum successe-
rit: Dum ergo cupiditatis limites sibi non constituant, in im-
pudentiam impingunt. Eis enim opus est & theatro, & pom-
pa, & spectatorum multitudine, & errore in facris, & diutur-
na mora in trivis, ut sint manifesti omnibus.

Idem de *Aristophane* poeta comico recitat muliebris orna-
tus ingentem supellectilem, quae hodie penè tota ad viros tran-
sivit. Adducam, inquit, ipsa verba *Comici*, quae importuntium
vestre insolentiae factum aperte arguunt. Mitra, redimicula,
nimirum & acus, pumex, strophium, quae post locatur funda,
& posterior operculum, fucus, torques, componendorum oculi-
lorum instrumenta, subtilis vestis linea, vitra, zona, insitta, G
praetexta, multicita, cythron, barathrum, encyclon, tunica,
Quae sunt autem horum, non dixi, maxima: in aves, gemmas,
platra, borylidon, fibulae, amphilex, monilia, pedicae, sigil-
la, catene, annuli, cataplasmata, ampullae, capitis ligamina, obe-
llici, fardis, ventilastra, clinchres. Ego quidem delectus sum &
indignor dicendo tot eorum ornamentorum multitudinem, &
mihi mirabile fit, quod non ceneantur, cum tantum onus baju-
lent.

EXEMPLA IMMODOCI LUXUS
IN HOC GENERE.

CAJUS CESAR AUGUSTUS raro humanis vestimentis uti
voluit, quippe qui luxurians saepenumero conspectus fuit
Deorum habitu, nunc aurea barba, nunc Veneris habitu.
Suetonius in ejus vita.

NERO nullam vestem bis induit.
HELIOGABALUS gemmas ab optimis sculptra artificibus in
calceamentis ferebat, quae nunquam intererat. *Vida Alexand.
ab Alex. lib. 5. cap. 18.*

GUALTERUS Ajoalaus in Anglia, Reginae Elisabethae ama-
sus, visus est in aula crepidas gestare ita auro onustas, ut ad
6600. aureos, & amplius aestimarentur: homo aliquo obscru-
sus, & ante amores regis fortis abjectissimus.

Subjungit his *Stapletonius* superat luxum, qui in Anglia cir-
ca hæc increbuit, his verbis: Denique eo nunc luxus iste in
Anglia decrevit, ut qui *Henricus VII.* cui *Odavus* successit,
Elizabethæ praedictae pater, vestitus fuit, vix nunc nobislem
medietatem deceat; & quo olim primarii nobiles, Duces,
Marchiones, Comites uli fuerunt, eo nunc inferior nobilitas
vestitus splendore utatur, nobilitas verò inferioris amicitia,
veteri vix mechanici, & villiciarum jam contenti sint. Ut
quod Christus dixit: Ecce qui mollibus vestiuntur, in domi-
bus Regum sunt; jam multo latius pateat, & in quibusvis no-
bilitium, civium, villitorum domibus, mollibus vestiuntur tam
viri quam feminae: utque ad multos jam in Anglia, Gallia,
& alibi viros mollissime comptos, & cultos illud *Diogenes* ier-
rum dici debeat. Ille enim cum vidisset generosum quen-
dam adolescentem muliebriter vestitum; Non te pudet, inquit,
Hhh 2 qui

qui pejus tibi velis, quam ipsa natura voluit? Illa siquidem de virum esse voluit, tu teipsum ex vestitu mulierem facis. Vide Chrysostomum hom. 10. in Mattheum.

* MODESTIA IN CULTU VESTIUM. LEGES VESTIARIÆ ETHNICORUM.

De lege quadam Romæ latè diximus supra: uti & de aliis libi latis, & abrogatis.

Imperator Tacitus tanquam imperii capaxior à Senatu electus, togis, & tunicis iidem est usus, quibus privatus holosericam vestem omnibus viris interdixit. Vopiscus in Tacito.

Cautum & decreto, Octavio Frontone prætura functo, à Q. Galerio Consulari, ne vestis serica viros scèdaret. Corn Tacit. lib. 2. Annal. quo loci tamen quidam arbitrantur sericum dici, quod Galli dicunt crepæ, non sericum pannum. Quod & inuenerit videtur Seneca 7. de Beneficiis. Video, inquit, sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est, quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit, quibus mulier sumptis, parum liquido nudam se non esse jurabit.

Consentit Plinius. Tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transeat, 1. 6. c. 17.

Cæsares Theodosius, Arcad. & Honorius, pallia, tunicaeque sericas, holoserica vestimenta, auratas, ac sericas peragundas, privatis prohibuerunt. 1. l. p. & sim. de vestibus holosericis, & auratis, l. 1. capite 18.

Imperator Tacitus auro clavatis vestibus interdicit. Flav. Vopiscus in Tacito. Nam et ipse author Aureliano perhibetur, ut aurum à vestibus, & cameris, & pellibus submoveret.

Edixit Octavianus Cæsar, ne quisquam nisi Senator, quique in Magistratu esset, purpuram gestaret, quam jam vulgò gestare videbat. Dio Cass. l. 4. ap. 8.

Julius Cæsar conchyliatæ vestis, & margaritarum, nisi certis personis, statibus, perque certos dies, usum admittit. Suet. in Jul. Cæs.

Voluit Augustus, purpuram distinguere personam, & dignitatem imperantis, eorumque, qui ejus iussu, & potestate præerant in reliquo populo: ut & alii interdicerent lanam, & sericum mulieris tinctum privatis, & commercium, cum Barbaris, serici nomine tantum, permitterent Comiti commerciorum. Gratian. Valent. Theod. CC. in lib. 2. l. 2. quæ res venire possunt lib. 4. c. 1. §. 40.

CHRISTIANORUM.

ISABELLA, & FERDINANDUS Hispania reges, juvenibus qui litterarum studium operam dabant, usum longarum, & sericatum vestium, promissorumque capillorum ademerunt. Marim. l. 19. r. Hispan.

Francofurti ad Mœnum leges quædam vestiarie per Magistratum prudentem decerunt, ut omnes iuxta statum sui conditionem procedant, aliâ certa poena pecuniaria multandi.

Quam providè facerent, & meritior secundum Deum Principes, & magistratus: si exactionum suarum araria hujusmodi decretis locupletarent, & non tantopere in alimenta pauperibus debita per vestigialia deferverent. Si enim & utiliter castigaretur luxus, qui hodie circa vestimenta per summam stultitiam, in plerique Belgicae quamvis afflictissima civitatibus regnat, & crescit in dies: & minuta Republicæ membra non tantopere debilitaret: cum ea sit animorum, opumque superbia, ut propter medicum vestigialia sericis, & sumptuosissimis vestibus se non temperent.

* EXEMPLA HUIUS MODERATIONIS. Petræ nonnulla ex loco de Moderatione, & Modestia. ETHNICORUM.

AURELIANUS Cæsar vestem holosericam neq; ipse in vestitio suo habuit, neque alteri utendum dedit, nec uxori pallio serico uti permisit dicens: Abiit, ut auro fila pensentur, libra enim auri tunc ferici fuit. Flav. Vopiscus in Aureliano.

OCTAVIANUS Augustus simplicis amictu utebatur: si sui que si fecis faceret, gravior ferebat, & licentior em in filia sua Julia reprehendit. Macrobi. l. 2. Saturn. c. 5.

SEVERUS Imperator cum quidam villosiore amictu contentum admirarentur, hoc responso factum suum defendit: Imperatoria majestas virtute constat, non corporis cultu. Brufon. lib. 3. c. 13.

Primorum Senatorum apud Romanos vestis erat vilis, & pellibus confusa, testatur id Propertius.

Curia pretexto quæ nunc nitet alta Senatu, Pellibus habetis rustica corda patres.

Diogenes, cum ab Antisthenes Atheniensis petisset tunicam ad depellendum frigus, iussit Antisthenes, ut duplicaret pallium, & sic enim tunicæ specie præbatur. Admonens oportere hominem uno vestitu contentum esse. Laert. l. 6.

MUSONIVS volebat, virum temperantem corpori quærere tegmen non sumptuosum, nec exquisitum. Vestem namque, & calceamentis eodem modo utendum esse aiebat, quo panoplia, nempe defendendi corporis causa non ostentationis. Sicut igitur ea optima sunt arma, quæ firmissima, & quæque armatum tuenti maximè valent, non insignia, & splendida: Ita amictus quoque, & calceorum usus, qui sit corpori commodissimus, optimus est, & non is qui stolidorum oculos possit in se convertere. Stob. serm. de virtute.

FIDELIUM, ET CHRISTIANORUM VETERIS TESTAMENTI.

ADAM, & EVAM Deu pelliceis induit vestibus Gen. 3. de quo vide S. Chrysostomum hom. 18. in Genesim.

Etiam Regina Esther ab hac modestia in cultu laudatur, de qua S. Hieronymus epist. 8. ad Demetriadem. Estuabat Christi tyruncula [Demetrius] oderat ornatum suum, & cum Esther loquebatur ad Dominum. Tu nosti, quod oderim insignem capiti mei, hoc est, diadema, quo utebatur quæ regina, & tantum ducum immundicia, velut pannum mensurata.

S. August. ep. 199. ad Ediciani, de eadem sic habet: Quod si aliqua dura conditione cogereris ad indecentem ornatum [posse habere in superbo cultu] hoc humile. Nempè apud Patres Esther illa Regina Deum timens, Deum colens, Deo subdita marito regi aliengene non eundem fericum colenti Deum, tamen subiecta serviebat: quæ cum extremo peculo, non suo tantum, fed etiam gentis suæ, qui tunc erat populus Dei, Domino prosternerent orando, in ipsa oratione sua dixit, ita sibi esse ornatum regium sicut pannum menstruum, & ita orantem consistit exaudivit, qui cordis conspectum eam verum dicit scivit.

NOVI TESTAMENTI.

JOANNIS BAPTISTÆ indumentum Scriptura describit fuisse de pilis camelorum, & zomæ pelliceam circa lumbos. S. Bernardus serm. de illius nativitate. Hic Joannes, inquit, quo nullus major in natis mulierum, innocensissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit: vos indui festinatis bysso, & purpura, & splendide epulari?

B. JOANNIS exemplum imitavit, qui apud Apostolum circumierit in melosis, & pellibus caprinis, egentes, angustissimi, afflicti, quibus dignum non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

Apostoli in Evang. julum legitimus, ne solliciti essent, in perquirendis, quibus operirentur, sed considerent in eo, qui illis, id est, momentaneam creaturam suam eximio vestit candore, multo magis vestituros ipsos, quos ad imaginem suam rationis capaces, æternæque vitæ destinatos condiderit: Quærere, inquit, primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adiciantur vobis. Matthe. 6.

Veruntamen quia modicum quid terrenæ opes, adjuvmentique sufficere debet ei, cui multa reposita sunt in regno celorum, iidem iustum est, ne duas tunicas habeant; non ut simplici tunica contenti sint, si frigidis intemperies non patitur, sed ne metu futurorum aliam induant, aliam referent. Superflui ita que amictus solitudo reprimatur, non necessarii cura.

In calcæatu quoque sandaliis tantum usus constat, quæ in Hætorum libro alio nomine caligæ appellantur. Quod sanè calcamentum genus non operit pedem, sed sicut expolitores dicunt, suffulcit. Igitur ne calcæarium saltem paulo cupidius nobis expectandum duceremus, exemplo ostenderent, satis esse, si ea pars pedis tecta sit, quæ terram terit, nulla relicta, quæ cœlum spectat: Rectè enim, & religiose incedentem cœlo parere, non terræ decet: Deo, non hominibus.

Quid autem, quod Paulus Apostollus ad Timotheum epist. 1. c. 2. scribens, velle se dicat, ut Mulieres orent in habitu orato. Nunquid in fericis aut purpura eas orare præcipit? Minime quidem, Quippe qui habitum istum continuo temperavit, subjungens: cum verecundia, & sobrietate ornantes se: ut scilicet verecundia luxum declinet, & modum servet sobrietatis. Non in tor-tis crinibus, inquit, auræ, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Et si mulier citra modestiam ornate se, & componere prohibetur, quæ conjugio excufare possit ornatum, & ne incompti displiceat viro: quanto minus ornati debet Virgo, quæ se totam dedicavit

dedicavit soli illi, de quo dictum est: iustitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorum renu ejus. Et in Pfal. Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute. Qualia ergo Sponsi ornamenta, talia sunt & Sponsæ: iustitia, fides, fortitudo, cæteræque virtutes: non aurum, non gemma, non fericum, non purpura. Nam & Petrus Apostollus 1. Epist. 3. Sic, inquit, non extrinsecis capillatura, aut circumdatio auri, aut indumentum, vestimentorumque cultus, fed qui absconditus est: cordis homo incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.

Hinc ipsi Apostolorum Principi Petro nihil amplius tegumentis fuisse creditur, præter tunicam, & pallium, nihil aliud calcamentis præter caligas. Illud in Clementis libro relatum dicunt, hoc in Apostolicis Actis legitimus, dicente ad eum Angelo: Præcingere, & calcea te caligis tuis. Rideant hanc tenuitatem, qui ignorant, Ecclesiam ab ipso fundatam olim in paupertate gloriantem, postquam cumulari divitiis cœperit, virtutibus decreverit. Nemo divitum nec agrotos verbo fatat, tunc autem feminidi novissimas etiam mortuos revivificare fecerunt. Clem. in Regog.

BARTHOLO. quoque Apostollum collobo albo, pallio quoque purpureo, & sandaliis unius, memoriæ proditum est, fed hoc miraculo adiciatur, quod quibusque, & viginti annos vestimenta ejus nec fordes ullas, nec vetustatem contraxerit, nec sandalia fibria sint: Veruntamen hunc etiam communis nuditas piscatoribus parem fecerat, nisi purpureus color regie stirpis insignis fuisset: sed hic ideò referretur, ut indicio foret, quanta ille reliquit, ut Christum sequeretur. Abdias.

JACOBUS Just. frater Domini ob formæ similitudinem appellatus, & ut Egipcius ait, ab utero matris suæ sanctus, non lacineum, sed lineum habuit amictulum: ad hæc, quod ad corpus cultum pertinet, nunquam attentus est, nec oleo unctus, nec balneo usus, sic indutus, sic obitus etiam apud Judeos in tanta veneratione fuit, ut soli permissum sit. Sandorum intrare, & Deo laudis sacrificium pro populo offerre. Egef. l. 5. Euf. H. Ec. lib. 2. c. 23.

JOANNES etiam Apost. fola syndone amictum Jerosolymis aliquando incesse, sic Evangelico constat, quoniam dum à Judæis apprehenderetur, ea relicta nudus effugisse dicitur. Nudum nudum Christum sequamur, ne ab advena is comprehendamur. V. Beda.

AURELIUS AUGUSTINUS Episc. veste non magis compta, magisve ambitiosa, quam illi, quibus præerat, uti voluit. Si quis excultior tibi dno offerret, acceptum venum jubebar dari, ut pecuniam inde exactam cum aliis communicaret, quandoquidem vestis ipsa communis esse non possit. Itaque Clericis suis dignitate præstitit, habitu, atque vestitu par fuit. Sermon de vita Clericorum.

BERNARDUM Abb. veste quidem fatie vitæ, fed minime squallenti usum memoriæ proditum est: ac etiam dicere solitum tunica formidibus obsoleta teitem desideria, atque fœcioria esse: Et ejus immunditiam interdum ad hypocrisis spectare, quam inanitas gloria, dum videtur contemni, quæritur. Cum ergo etiam cilicio sub veste latenti carneret, ubi id rescitum est, & ipsum deposuit. Nec unquam deinde asperius indumentum, quam cæteri fratres ferre voluit: non forte illis præstare sanctitatem videretur, quorum se ipse minimum reputaret. In vita Bernardi.

STEPHANO Abbati Grandimontensis Ordinis auctori, qui in Moreto Aquitanicæ monæ vitam solitariam duxit, tametsi rudis, modiculusq; amictus fuerit, hoc tamen admirationem auget, quod sub eodem & æstivos calores, & brumæ frigus petulente, nunquam quicquam panni sibi vel addens, vel demens. Utramque protecto diversorum temporum molestiam levare posset solertia, nisi utramque tolerare mallet in Deum charitas.

APOL. apud Thebaidam in finibus Hermopolis, collobo stupreo, quod Lebithen vocabant, operiebatur, neque tamen ullum capium habuit, sed lineo linteolo collum, caputque obvolvèbat. Et hoc magis mirandum, quod cum quadraginta annos in deserto manens peregrin, ejus tegmina neque usu consumpta, neque vetustate labefacta fuerant: ut inde facile appareat, quanti apud Deum fit humilis habitus, & absque ulla simulatione contemptus. In vitis PP.

PAULUS I. Erem. cum nihil haberet, nisi quod inculta solitudo suppedietate poterat, tunica de palmæ foliis contexta nuditate texit. Ea quæ ille veste in necessitate usus est, hanc ipsam Antonium cum defunctum tepelificet, habitum in deliciis, non nisi felix solennibus eam induens, quæ etiam D. Hieronymus plurimifaciens: Si mihi, inquit, Dominus optionem daret,

L. B. Theatr. vita Hum. Tom. VII.

multo magis eligerem tunicam Pauli cum meritis ejus, quam regum purpuram cum regnis suis. Hier. de vita Pauli.

Palmes quidem tegminibus & illi quatuor in vastissima Ægypti eremo à Paphnucio inventi, Joan. Andreas, Thaddæus, & Philippus, amici erant. Hunc tamen tam sylvestrem vestitum haid multo tempore post eum veste immortalitatis commutavit. Tantò nunc felicitis cœlesti lumine illustratur, quanto antea perusta folis arboribus cute contemptus squalebant. In vitis PP.

SERAP. Ab. primitus quidem sola tunica, simplicique pallio contentum, deinde his etiam carere pietas compulsi, quippe seipsum despolians pauperes contexit. In vitis PP.

TIMOTHEO quoq; in Ægypti solitudine degenti, eadem taxat corporis pars non fuisse nuda perhibetur, quam barba, contaque nunquã tonfæ contexerat. Et hunc Paphnutius inter bestias incedentem cum vidisset, sylvestre magis quam humanum animal ratus, expavit: mox cum loquentem contendisset, agnovit Deifervum, simulque didicit, satis indutum esse, qui cum Christo nudus esset. In vitis PP.

ONOPHR. iidem nudus in ulteriori deserto ab eodem Paphnutius repertus, vendenda tantummodo folis arborum operatur. Consumptis n. vestibus, quæ fecum attulerat, alia deinde quam que natura dabat, non quasivie. Cumque vita functus esset, sanctam animulam ejus visibili specie à Angelis in cœlum ferri fvisam tradunt. Er quisquam nostrum paululum vni detritos ferre dedignabitur pannos, cum nudi etiam ab Angelis honorentur? In vitis PP.

HILAR. Abb. accepimus, nihil aliud, quo corpus sum opulenter habuisse, præter saccum, ac pellicem expendim, utriuscumque sagum. Capillum semel in anno Pascha die totidisse, nunquam lavisse, quod supervacanum esse diceret, munditias in cilicio quærere, neque tunicam alteram sumptisse, nisi cum prior penitus discissa esset. Hier.

D. quoque Hieron. facca tunica erat. Hanc Euseb. discipulus eo defuncto accepit, honorique habuit, ractu ejus valeuditiarius curans, & ad vitam mortuos revocans. Cujus, quæso, regnum auro, gemmisque refulgens, aut cocco, purpuraque rubens vestimentum, tantæ unquam virtutis fuit, quantæ Sandi hujus saccus iste cilicinus? Aug. Epist. 206. c. 2.

Neque te, Pater Franciscus, hoc loco præteritur, cujus tegendo corpori tunica una, & ea sanè crassi admodum filii, simpolitæque texture satis fuit, quam pro singulo præcinerat sumis nodo affrictus, ubi commitebatur, non fibula: caput, & cervix cuculla velabantur, pedes prorsus nudi erant, nisi forte illic igneis foculis veluti sandaliis, ne terram contingerent, suffulit. Quem morem nunc à professoribus Institutionis tue servari videmus. Multis tunc habitus iste ludibrio erat, nunc per orbem celebratur. Sed quam tu sapienter cuidam nuditatem hanc tuam hyemis tempore calumiant, ac petenti, ut guttulam sibi sudoris venderes; eam te Christo, non hominibus, vendere respondisti? O felix ille sic irrila nuditatis sudor, quem tu soli Christo dedicans, mercatus es regna cœlorum! Bonnav. in vita ejus.

BERNARDUS XI. Pont. humilis gædere natus cum esset, & ad summam dignitatē evedtus, non erubuit suæ paupertatis primordia. Mater ejus, dum is inter Monachos ageretur, fratrum vestimenta abluit: jam Pont. creatus illam ad se venire iussit. Ubi venit, matronæ illam ut Pontificis matrem summis honoribus extulerunt, vestibus exornantes pro magnificencia summi principatus in filio. Productam in conspectu Pontificis Pontifex agnoscere dissimulavit. Ego, inquit, matrem in illo ornamto non agnosco, Non eam talem reliqui, averseque fecit Hunc cunctos, qui honoris illam gratia deduxerant, erubescere. Exnentes autem, pannois exuvias mulieri reddidere, & ita reduxerunt. Tum amplexatus genitricem: In illo, inquit, vestium apparatu matrem reliqui, sic recipio. Meum nunc fuerit genitricem cohonestare. A. Crat. l. 8. Me.

RUDOL. Aust. vidum Ottocarti Boem. Regè ad se se vocavit, sitem ab eo (homagium dicimus) accepturus. Ille venit cum magno, & splendide comitatu: viri, & equi, auro, gemmis, serico nitabant. Didum Rudol. adventare, & sedulo à quibusdam adductum; pararet se veste, & cultu ornato, & Imp. talem regem admittitur. Rudol. ridens: Immo R. Boem. inquit, grificam meam vestem (verba fuerunt) sæpe derisit, nunc ipsum vestis mea grifica deridebit. At vos equos, & arma expedit, & accincti, instructique, ut ad pugnam state. Dux armorum, non vestium advenis istis ostendite, hoc me, vobisque dignum est. Dixit Rudolfus, neque aliter fecit. Ottoc. illi vili cultu se, & aurum suum submisit, & ad genua accessit, non sine ludibrio etiam: cum Imp. jusisset tentorium, in quo res gerebatur,